por los trabajos, consejos,
peligros míos.
Y si aquellos días
en que somos salvados
son para nosotros no menos gratos
y brillantes que aquellos
en que nacemos,
porque la alegría
de la salvación es real, la condición
del nacer insegura y porque
nacemos sin sentido,
somos salvados con placer,
realmente, puesto que hemos elevado
a los dioses inmortales
por *su* amor y reputación
a aquel que fundó esta ciudad,

apud vos posterosque vestros in honore debebit is, qui eandem hanc urbem conditam amplificatamque servavit. Nam toti urbi, templis, delubris, tectis ac moenibus subiectos prope iam ignes circumdatosque restinximus, idemque gladios in rem publicam destrictos retudimus mucronesque eorum a iugulis vestris deiecimus. (3) Quae quoniam in senatu inlustrata, patefacta, comperta sunt per me, vobis iam exponam breviter, Quirites, ut, et quanta et quam manifesta et qua ratione investigata et comprehensa sint, vos, qui et ignoratis et exspectatis, scire possitis. Principio ut Catilina paucis ante diebus erupit ex urbe, cum sceleris sui socios, huiusce nefarii belli acerrimos duces, Romae reliquisset, semper vigilavi et providi, Quirites, quem ad modum in tantis et tam absconditis insidiis salvi esse possemus.

II. — Nam tum, cum ex urbe Catilinam eiciebam —non enim iam vereor huius verbi invidiam, cum illa magis sit timenda, quod vivus exierit—, sed tum, cum illum extermi-

los dioses inmortales, deberá entonces ser por vosotros y vuestros hijos honrado quien preservó esta ciudad que Rómulo fundó y otros engrandecieron. Pues yo he apagado las llamas que ya en círculo estaban arrimadas a la ciudad entera, a sus templos y santuarios, a sus muros y a sus murallas, yo también he paralizado las espadas desenvainadas contra la República y he apartado sus puntas de vuestras gargantas. (3) Todo esto ha sido ya en el Senado descubierto y clarísimamente explicado por mí; por ello, quirites, os lo voy a exponer brevemente, para que vosotros, ignorantes y curiosos de lo sucedido, sepáis de su gravedad y evidencia y de mis pesquisas y averiguaciones. Mi primer cuidado, una vez que Catilina, pocos días antes, hubo salido bruscamente de Roma, dejando en ella a los cómplices de su conjuración, fanáticos cabecillas de esta guerra abominable, fue, quirites, velar sin descanso para encontrar el medio de librarnos de emboscadas tan temibles y tenebrosas.

II. — Pues cuando yo trataba de expulsar a Catilina de la ciudad —no temo el odio que tal palabra pueda despertar; más de temer es la censura por haberle dejado salir con vida—, pues bien, cuando

is, qui servavit hanc eandem
urbem conditam amplificatamque
debebit esse in honore apud
vos posterosque vestros.
Nam restinximus ignes prope
subiectos circumdatosque iam
urbi toti, templis,
delubris, tectis ac moenibus,
idemque retudimus
gladios destrictos in
rem publicam deiecimusque
eorum mucrones a vestris
iugulis. Quae quoniam
inlustrata in senatu,
patefacta, comperta sunt per me
vobis exponam iam, Quirites,
breviter, ut vos,
qui et ignoratis
et exspectatis, possitis scire
(et) quanta et quam manifesta
et qua ratione sint investigata
et comprehensa.
Principio, ut Catilina
erupit ex urbe,
paucis diebus ante
cum reliquisset Romae
socios sceleris sui,
duces acerrimos
huiusce belli nefarii, vigilavi
semper et providi,
Quirites, quem ad modum
possemus esse
salvi in tantis et tam
absconditis insidiis.

el que ha conservado esta misma
ciudad fundada y engrandecida,
deberá estar en honor entre
vosotros y vuestros descendientes.
Pues hemos apagado los fuegos casi
puestos debajo y alrededor ya
de la ciudad entera, de los templos,
santuarios, edificios y murallas,
e igualmente hemos despuntado
las espadas desenvainadas contra
la República y hemos apartado
sus puntas de vuestras
gargantas. Las cuales cosas, pues
han sido descubiertas en el Senado
explicadas, demostradas por mí,
os *las* expondré ya, quirites,
brevemente, para que vosotros,
que por un lado *las* ignoráis,
por otro esperáis, podáis saber
cuán importantes y cuán evidentes *son*
y de qué manera se han investigado
y descubierto.
Por de pronto, en cuanto Catilina
salió precipitado de la ciudad,
unos pocos días antes
habiendo dejado en Roma
a los cómplices de su crimen,
dirigentes impetuosísimos
de esta guerra nefanda, velé
continuamente y me preocupé,
quirites, de cómo
podríamos estar
libres en tan grandes y tan
ocultas emboscadas.

II. — Nam (tum), cum eiciebam
Catilinam ex urbe —enim non
vereor iam invidiam
huius verbi,
cum illa,
quod vivus exierit,
timenda sit magis—, sed (tum),
cum volebam illum

II. — Pues cuando expulsaba
a Catilina de la ciudad —pues no
temo ya la odiosidad
de esta palabra,
cuando aquélla,
el que haya salido vivo,
debe temerse más—, pues bien,
cuando quería que él

nari volebam, aut reliquam coniuratorum manum simul exituram aut eos, qui restitissent, infirmos sine illo ac debiles fore putabam. (4) Atque ego, ut vidi, quos maximo furore et scelere esse inflammatos sciebam, eos nobiscum esse et Romae remansisse, in eo omnes dies noctesque consumpsi, ut, quid agerent, quid molirentur, sentirem ac viderem, ut, quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehenderem, ut tum demum animis saluti vestrae provideretis, cum oculis maleficium ipsum videretis. Itaque, ut comperi legatos Allobrogum belli Transalpini et tumultus Gallici excitandi causa a P. Lentulo esse sollicitatos, eosque in Galliam ad suos cives eodemque itinere cum litteris mandatisque ad Catilinam esse missos, comitemque iis adiunctum esse T. Volturcium, atque huic esse ad Catilinam datas litteras, facultatem mihi oblatam putavi, ut, quod erat difficillimum quodque ego semper optabam a dis immortalibus, tota res

mi deseo era desterrarle, creía yo que, o los demás conjurados le acompañarían en su partida, o los que se quedaran se verían sin él desarmados e impotentes. (4) Yo, entonces, al ver que quienes yo sabía inflamados por un inaudito furor criminal estaban entre nosotros, dentro de Roma, pasé todos mis días y mis noches en espiar y averiguar sus manejos y preparativos; pretendía yo, ya que vuestros oídos, por la increíble magnitud de su delito, prestarían poco crédito a mis palabras, enfocar los sucesos de manera que os afanaseis animosamente por vuestra salvación cuando por fin vierais con vuestros ojos sus malas obras. Así, pues, apenas supe que los emisarios de los alóbroges habían sido requeridos por Publio Léntulo a promover la guerra allende los Alpes y a sublevar a los galos, y que de paso para sus ciudades de la Galia habían sido enviados con cartas y recomendaciones para Catilina, en compañía de Tito Volturcio, portador también de una carta para Catilina, creí llegado el momento de que se descubriera paladinamente —muy difícil era y siempre se lo pedía a los dioses inmortales— toda la conspiración,

exterminari, putabam aut
reliquam manum coniuratorum
exituram simul,
aut eos, qui
restitissent, fore sine illo
infirmos ac debiles.
Atque ut ego vidi eos,
quos sciebam esse inflammatos
maximo furore et scelere,
esse nobiscum et
remansisse Romae, consumpsi
omnes dies noctesque in eo,
ut sentirem ac viderem,
quid agerent, quid molirentur,
ut, quoniam oratio mea faceret
minorem fidem auribus vestris
propter magnitudinem
incredibilem sceleris,
comprehenderem rem ita, ut
provideretis animis saluti vestrae
tum demum, cum videretis
oculis maleficium ipsum.
Itaque,
ut comperi legatos
Allobrogum
esse sollicitatos
a P. Lentulo
causa belli
Transalpini et tumultus
Gallici excitandi, eosque
missos esse in Galliam
ad cives suos,
eodemque itinere
ad Catilinam litteris mandatisque,
Titumque Volturcium
adiunctum esse iis
comitem, atque litteras
datas esse huic
ad Catilinam,
putavi oblatam mihi
facultatem, ut tota res
deprehenderetur manifesto,
non solum a me, sed etiam

fuera desterrado, creía que o
la restante partida de conjurados
saldría al mismo tiempo,
o que aquellos que
se hubiesen quedado, estarían sin él
impotentes y débiles.
Y cuando yo vi que aquellos
que sabía que estaban inflamados
por la mayor locura y crimen,
estaban con nosotros y
habían permanecido en Roma, pasé
todos los días y noches en esto,
en conocer y ver
qué hacían, qué tramaban,
para, como mi palabra lograría
menor crédito a vuestros oídos
por la magnitud
increíble del crimen,
explicar el asunto de modo que
miraseis con ánimo por vuestra salud
entonces finalmente cuando vierais
con los ojos el maleficio mismo.
Así, pues,
cuando averigüé que los legados
de los alóbroges
habían sido instigados
por Publio Léntulo
con intención de que una guerra
transalpina y una sublevación
gala fueran excitadas, y que ellos
habían sido enviados a la Galia
a sus conciudadanos,
y por el mismo camino
a Catilina con cartas y recados,
y que Tito Volturcio
había sido agregado a ellos
como compañero, y que una carta
había sido dada a éste
para Catilina,
creí que se me había presentado
la ocasión de que toda la trama
fuera conocida claramente,
no sólo por mí, sino también

non solum a me, sed etiam a senatu et a vobis manifesto deprehenderetur. (5) Itaque hesterno die L. Flaccum et Pomptinum praetores, fortissimos atque amantissimos rei publicae viros, ad me vocavi: rem exposui, quid fieri placeret, ostendi. Illi autem, qui omnia de re publica praeclara atque egregia sentirent, sine recusatione ac sine ulla mora negotium susceperunt, et, cum advesperasceret, occulte ad pontem Mulvium pervenerunt atque ibi in proximis villis ita bipertito fuerunt, ut Tiberis inter eos et pons interesset. Eodem autem et ipsi sine cuiusquam suspicione multos fortes viros eduxerant, et ego ex praefectura Reatina complures delectos adulescentes, quorum opera utor adsidue in rei publicae praesidio, cum gladiis miseram. (6) Interim, tertia fere vigilia exacta, cum iam pontem Mulvium magno comitatu legati Allobroges ingredi inciperent unaque Volturcius, fit in eos impetus. Educuntur et ab illis gladii et ab nostris. Res praetoribus erat nota solis, ignorabatur a ceteris.

no sólo por mí, sino también por el Senado y por vosotros. (5) Así, pues, ayer convoqué ante mí a los pretores Lucio Flaco y Cayo Pontino, patriotas valientes, y después de exponerles de qué se trataba, les expuse mis proyectos. Y ellos, animados de un sentimiento patrio nobilísimo y elevado, acometieron la empresa sin excusa ni dilación: al atardecer llegaron sigilosamente al puente Milvio, donde, en las alquerías cercanas, se apostaron en dos grupos, de manera que quedaba entre ellos el Tíber y el puente. Allí mismo ellos, por propia iniciativa y sin que nadie lo sospechara, se habían llevado un buen grupo de hombres resueltos, mientras yo enviaba de la Prefectura de Reate un grupo de jóvenes escogidos armados con espadas, de quienes me sirvo asiduamente en defensa de la República. (6) Entre tanto, a las primeras horas de la madrugada, al poner pie en el puente Milvio los emisarios alóbroges con numeroso acompañamiento y con ellos Volturcio, se lanza un asalto: desenvainan tanto ellos como los nuestros. Sólo los pretores estaban en el secreto, los demás lo ignoraban.

a senatu et a vobis,
quod erat dificillimum
quodque ego optabam semper
a dis immortalibus. Itaque
die hesterno vocavi ad me
L. Flaccum et C. Pomptinum
praetores, viros fortissimos
atque amantissimos rei publicae,
exposui rem, ostendi
quid placeret fieri.
Illi autem, qui
sentirent omnia
praeclara atque egregia
de re publica, susceperunt
negotium sine recusatione
ac sine ulla mora, et,
cum advesperasceret, pervenerunt
occulte ad pontem Mulvium
atque ibi in villis proximis
fuerunt bipertito ita ut
Tiberis et pons
interesset inter eos.
Eodem autem et ipsi
eduxerant multos
viros fortes sine suspicione
cuiusquam, et ego
miseram cum gladiis
ex praefectura Reatina
complures adulescentes delectos
quorum opera utor
adsidue in praesidio
rei publicae. Interim
tertia vigilia fere exacta,
cum legati Allobroges
magno comitatu
unaque Volturcius inciperent
iam ingredi pontem Mulvium,
impetus fit in eos.
Gladii educuntur et
ab illis et ab nostris.
Res erat nota
praetoribus solis,
ignorabatur a ceteris.

por el Senado y por vosotros,
cosa que era muy difícil
y que yo pedía siempre
de los dioses inmortales. Así, pues,
el día de ayer llamé ante mí
a Lucio Flaco y Cayo Pontino,
pretores, hombres muy animosos
y muy amantes de la República,
les expuse el asunto, *les* indiqué
qué *me* era grato que se hiciera.
Ellos, entonces, que (como)
tenían sentimientos todos
nobles y elevados
hacia la República, aceptaron
la tarea sin excusa
y sin alguna (ninguna) tardanza, y,
al anochecer, llegaron
ocultamente al puente Milvio
y allí en las alquerías próximas
quedaron en dos grupos de modo que
el Tíber y el puente
se interponían entre ellos.
Allí mismo, entonces, ellos mismos
se habían llevado a muchos
hombres valientes sin sospecha
de alguien, y yo
había enviado con espadas
desde la prefectura de Reate
numerosos jóvenes elegidos,
cuya cooperación empleo
asiduamente en defensa
de la República. Entretanto,
la tercera vigilia casi pasada,
cuando los emisarios alóbroges
con gran acompañamiento [zaban
y al mismo tiempo Volturcio empe-
ya a entrar en el puente Milvio,
un ataque se ejecuta contra ellos.
Las espadas son desenvainadas (y)
por ellos y por los nuestros.
El asunto era conocido
para los pretores solos,
era desconocido por los demás.

III. — Tum interventu Pomptini atque Flacci pugna, quae erat commissa, sedatur. Litterae quaecumque erant in eo comitatu, integris signis praetoribus traduntur; ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur. Atque horum omnium scelerum improbissimum machinatorem, Cimbrum Gabinium, statim ad me nihildum suspicantem vocavi. Deinde item accersitus est L. Statilius et post eum C. Cethegus. Tardissime autem Lentulus venit, credo quod in litteris dandis praeter consuetudinem proxima nocte vigilarat. (7) Cum summis et clarissimis huius civitatis viris, qui audita re frequentes ad me mane convenerant, litteras a me prius aperiri quam ad senatum deferri placeret, ne, si nihil esset inventum, temere a me tantus tumultus iniectus civitati videretur, negavi me esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem. Etenim, Quirites, si ea, quae erant ad me delata, reperta non essent, tamen ego non arbitrabar in tantis rei publicae periculis esse

III. — Intervienen entonces Pontino y Flaco y el combate entablado se apacigua. Cuantas cartas se encuentran en aquel cortejo se entregan a los pretores: apresados todos ellos, son conducidos, apenas amanecía, a mi presencia. Inmediatamente cito ante mí al más pérfido maquinador de todos estos crímenes, Cimbro Gabinio, que nada sospechaba todavía. Luego es llamado de igual manera Lucio Estatilio y, después de éste, Cayo Cetego. Léntulo, en cambio, se presentó mucho más tarde: creo que porque aquella noche la había pasado en vela, contra su costumbre, dedicado al despacho de cartas. (7) Querían las más relevantes e ilustres personas de nuestra ciudad, que en gran número, al enterarse de estos sucesos, habían acudido a mi casa por la mañana, que yo abriera las cartas antes de comunicarlo al Senado, temerosos de que, si nada se encontraba, pareciera que yo había suscitado en la ciudad, con excesiva ligereza, una tan grande alarma; pero yo me negué a dejar de informar íntegramente al Consejo público sobre un público peligro. Por ello, quirites, aun cuando lo que se me había denunciado no hubiera sido comprobado, creía yo que en tan grave peligro de la patria no debía

III. — Pugna, quae
commissa erat
sedatur tum
interventu
Pomptini atque Flacci.
Quaecumque litterae erant
in eo comitatu traduntur
praetoribus signis integris;
ipsi comprehensi deducuntur
ad me cum iam dilucesceret.
Atque vocavi statim ad me
machinatorem improbissimum
omnium horum scelerum,
Cimbrum Gabinium,
nihildum suspicantem.
Item L. Statilius
est accersitus deinde,
et C. Cethegus post eum.
Autem Lentulus venit tardissime,
credo quod vigilarat
nocte proxima praeter
consuetudinem in dandis litteris.
Cum placeret viris summis,
et clarissimis huius civitatis
qui, audita re, convenerant
mane frequentes ad me
litteras aperiri a me,
prius quam deferri ad senatum,
ne, si nihil
inventum esset,
tantus tumultus videretur iniectus
a me temere civitati,
negavi me facturum esse
ut non deferrem
rem integram
de periculo publico
ad consilium publicum.
Etenim, Quirites, si ea,
quae delata erant ad me,
non reperta essent,
tamen ego non arbitrabar
nimiam diligentiam
pertimescendam esse mihi

III. — La lucha que
se había entablado
se calma entonces
por intervención
de Pontino y de Flaco.
Cuantas cartas había
en aquella comitiva son entregadas
a los pretores con los sellos intactos;
ellos mismos detenidos son conduci-
a mí cuando ya amanecía. [dos
Y cité inmediatamente ante mí
al maquinador más perverso
de todos estos crímenes,
Cimbro Gabinio,
que nada todavía sospechaba.
De igual manera Lucio Estatilio
es llamado luego
y Cayo Cetego después de él.
Pero Léntulo vino muy tarde,
creo *que* porque había velado
la noche anterior contra *su*
costumbre en dar (escribiendo) cartas.
Como fuera grato a los hombres más
e ilustres de esta ciudad [notables
que, oído el suceso, habían acudido
de mañana numerosos a mí,
que las cartas fueran abiertas por mí,
antes que fueran llevadas al Senado,
para evitar que, si nada
hubiera sido encontrado,
tan gran tumulto pareciese impuesto
por mí temerariamente a la ciudad,
negué que yo fuese a actuar
de manera que no llevase
el asunto íntegro
sobre un peligro público
al consejo público.
En efecto, quirites, si las cosas
que habían sido llevadas a mí
no hubieran sido comprobadas,
con todo yo no pensaba
que una excesiva diligencia
debiera ser temida por mí

mihi nimiam diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem celeriter, ut vidistis, coegi. (8) Atque interea statim admonitu Allobrogum C. Sulpicium praetorem, fortem virum, misi, qui, ex aedibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret; ex quibus ille maximum sicarum numerum et gladiorum extulit.

IV. — Introduxi Volturcium sine Gallis; fidem publicam iussu senatus dedi; hortatus sum ut ea, quae sciret, sine timore indicaret; tum ille dixit, cum vix se ex magno timore recreasset, a P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata et litteras, ut servorum praesidio uteretur, ut ad urbem quam primum cum exercitu accederet; id autem eo consilio ut, cum urbem ex omnibus partibus, quem ad modum discriptum distributumque erat, incendissent caedemque infinitam civium fecissent, praesto esset ille, qui et fugientes exciperet et se cum his urbanis ducibus coniungeret. (9) Introducti autem Galli ius iurandum sibi et litteras a Lentulo, Cethego, Statilio ad suam gentem data esse dixerunt, atque ita sibi ab

temer que mi celo fuese exagerado. Convoqué rápidamente, como habéis visto, gran número de senadores. (8) Entretanto, por consejo de los alóbroges, envié al pretor Cayo Sulpicio, hombre decidido, a buscar en casa de Cetego cuantas armas hubiese; de allí me trajo gran número de puñales y espadas.

IV. — Hice entrar a Volturcio separado de los galos, le prometí inmunidad en nombre de la ciudad y por orden del Senado; exhortéle a que manifestase sin temor cuanto supiera; dijo entonces, apenas repuesto de su espanto, que tenía recados y cartas de Publio Léntulo para Catilina, instándole a servirse del apoyo de los esclavos y a avanzar en armas sobre Roma cuanto antes, de acuerdo con el siguiente plan: cuando en Roma el fuego hubiera prendido en todas partes conforme se había previsto y convenido, y la matanza de ciudadanos tocara a su fin, él debía estar preparado para detener a los fugitivos y unirse a los cabecillas de la ciudad. (9) Introducidos luego los galos, declararon que recibieron de Léntulo, Cetego y Estatilio juramento y unas cartas para su nación, preceptuándoles

in tantis periculis
rei publicae.
Coegi celeriter senatum
frequentem, ut vidistis.
Atque interea misi statim,
admonitu Allobrogum,
C. Sulpicium praetorem
virum fortem, qui efferret
ex aedibus Cethegi
si quid telorum esset;
ex quibus ille extulit maximum
numerum sicarum et gladiorum.

en tan grandes peligros
de la patria.
Reuní rápidamente un senado
numeroso, como habéis visto.
Y entretanto envié en seguida,
por consejo de los alóbroges,
a Cayo Sulpicio, pretor,
hombre enérgico, *para* que trajese
de casa de Cetego
si algo de (cuantas) armas hubiera,
de las que aquél trajo grandísimo
número de puñales y espadas.

IV. — Introduxi Volturcium
sine Gallis; dedi fidem
publicam iussu senatus;
hortatus sum, ut indicaret
sine timore ea, quae sciret;
ille dixit tum, cum vix
recreasset se
ex magno timore,
se habere mandata et litteras
a P. Lentulo ad Catilinam,
ut uteretur
praesidio servorum,
ut accederet ad urbem
cum exercitu quam primum;
autem id eo consilio,
ut, cum incendissent
urbem ex omnibus partibus,
quem ad modum erat discriptum
distributumque, fecissentque
caedem infinitam civium,
ille esset praesto, qui
et exciperet fugientes
et se coniungeret
cum his ducibus urbanis.
Introducti autem Galli
dixerunt
ius iurandum et litteras
sibi esse data ad suam gentem
a Lentulo, Cethego, Statilio,
atque sibi esse praescriptum

IV. — Hice entrar a Volturcio
sin los galos; *le* di promesa de segu-
pública por orden del Senado; [ridad
le exhorté a que denunciase
sin temor las cosas que supiese;
él dijo entonces, cuando apenas
se había rehecho
del gran temor,
que él tenía recados y cartas
de Publio Léntulo para Catilina
para que emplease
la ayuda de los esclavos,
para que se aproximase a la ciudad
con el ejército cuanto antes;
y esto con esta intención,
que, cuando hubieran puesto fuego
a la ciudad desde todas las partes
del modo que se había dispuesto
y distribuido, y hubiesen hecho
una matanza interminable de ciuda-
él estuviese a punto *de* que [danos,
no sólo recogiese a los fugitivos,
sino también se uniese
con estos cabecillas de la ciudad.
Introducidos por su parte los galos
dijeron que
un juramento y cartas
les habían sido dados para su pueblo
por Léntulo, Cetego y Estatilio
y que les había sido ordenado

his et a L. Cassio esse praescriptum, ut equitatum in Italiam quam primum mitterent; pedestres sibi copias non defuturas, Lentulum autem sibi confirmasse ex fatis Sybillinis haruspicumque responsis se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius urbis atque imperium pervenire esset necesse; Cinnam ante se et Sullam fuisse; eundemque dixisse fatalem hunc annum esse ad interitum huius urbis atque imperii, qui esset annus decimus post virginum absolutionem, post Capitolii autem incensionem vicesimus. (10) Hanc autem Cethego cum ceteris controversiam fuisse dixerunt, quod Lentulo et aliis Saturnalibus caedem fieri atque urbem incendi placeret, Cethego nimium id longum videretur.

V. — Ac ne longum sit, Quirites, tabellas proferri iussimus, quae a quoque dicebantur datae. Primo ostendimus Cethego; signum cognovit; nos linum incidimus: legimus. Erat scriptum ipsius manu Allobrogum senatui et populo sese quae eorum legatis confirmasset, facturum esse; orare,

éstos, así como Lucio Casio, que remitieran a Italia con toda rapidez fuerzas de caballería, pues las fuerzas de a pie no les faltarían; que Léntulo, por su parte, les había corroborado que, según las profecías sibilinas y los oráculos de los arúspices, era él aquel tercer Cornelio en quien fatalmente había de recaer el reinado de Roma y la presidencia del Imperio: Cinna y Sila le habían precedido; que el mismo Léntulo agregó que un hado fatal había señalado para la destrucción de la ciudad y del Imperio este año, año décimo después de la absolución de las vírgenes vestales y vigésimo después del incendio del Capitolio. (10) Añadieron también que entre Cetego y los demás se promovió un altercado, pues Léntulo y los otros querían diferir la matanza hasta las Saturnales, plazo que a Cetego le parecía demasiado largo.

V. — Para terminar, quirites, ordené que se mostraran las cartas atribuidas a cada uno. Presenté la primera a Cetego; reconoció su sello; abrílla; leí. Por su propia mano estaba escrito al Senado y pueblo alóbroges que cumpliría lo que a sus diputados había pro-

ita ab his et a L. Cassio,
ut mitterent equitatum
quam primum in Italiam;
copias pedestres
non sibi defuturas.
Autem Lentulum
sibi confirmasse
se, ex fatis Sibyllinis
responsisque haruspicum, esse
illum tertium Cornelium, ad quem
esset necesse regnum atque
imperium huius urbis pervenire;
Cinnam et Sullam
fuisse ante se;
eundemque dixisse hunc annum,
qui annus esset decimus
post absolutionem
virginum, autem vicesimus
post incensionem Capitolii,
esse fatalem ad interitum
huius urbis atque imperii.
Dixerunt autem
fuisse Cethego
cum alteris hanc controversiam,
quod caedem fieri atque
urbem incendi Saturnalibus
placeret Lentulo et aliis,
id videretur
nimium longum Cethego.

así por éstos y por L. Casio
que enviaran la caballería
cuanto antes a Italia;
que las tropas de a pie
no les faltarían.
Y que Léntulo
les había asegurado
que él, según las profecías sibilinas
y las respuestas de los arúspices, era
aquel tercer Cornelio a quien
era obligado que el reino y
el Imperio de esta ciudad llegara;
que Cinna y Sila
habían sido antes que él;
y que él mismo había dicho que este
el cual año era el décimo [año,
después de la absolución
de las vírgenes y el vigésimo
después del incendio del Capitolio,
estaba señalado por el destino para
de esta ciudad e Imperio. [la ruina
Dijeron, además,
que hubo para (entre) Cetego
con (y) los otros esta disensión,
que el que una matanza se hiciera y
la ciudad fuera incendiada en las Sa-
placía a Léntulo y a otros, [turnales
pero que esto parecía
demasiado distante a Cetego.

V. — Ac, Quirites,
ne sit longum,
iussimus tabellas,
quae dicebantur datae
a quoque, proferri.
Ostendimus primo Cethego:
cognovit signum; nos
incidimus linum; legimus.
Scriptum erat manu
ipsius senatui
et populo Allobrogum
sese facturum esse, quae
confirmasset legatis eorum;

V. — Y, quirites,
para que no sea largo,
mandamos que las tablillas
que se decían dadas
por cada uno fueran presentadas.
Las mostramos primero a Cetego:
reconoció *su* sello; nosotros (yo)
cortamos el hilo; leímos.
Había sido escrito por la mano
de él mismo al Senado
y pueblo de los alóbroges
que él haría las cosas que [ellos;
había asegurado a los emisarios de

ut item illi facerent, quae sibi eorum legati recepissent. Tum Cethegus, qui paulo ante aliquid tamen de gladiis ac sicis, quae apud ipsum erant deprehensa, respondisset dixissetque se semper bonorum ferramentorum studiosum fuisse, recitatis litteris debilitatus atque abiectus conscientia repente conticuit. Introductus Statilius cognovit et signum et manum suam: recitatae sunt tabellae in eandem fere sententiam; confessus est. Tum ostendi tabellas Lentulo et quaesivi cognosceretne signum; adnuit, "*Est vero*", inquam, "*notum quidem signum imago avi tui, clarissimi viri, qui amavit unice patriam et cives suos; quae quidem te a tanto scelere etiam muta revocare debuit*". (11) Leguntur eadem ratione ad senatum Allobrogum populumque litterae; si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem: atque ille primo quidem negavit; post autem aliquanto, toto iam indicio exposito atque edito, surrexit: quaesivit a Gallis quid sibi esset cum iis, quam ob rem domum suam venissent, itemque a Volturcio,

metido; les rogaba que, por su parte, cumplieran ellos el compromiso de sus delegados. Entonces Cetego, que acababa por fin de responder con breves evasivas sobre las espadas y puñales, alegando que siempre había sido aficionado a las buenas armas, turbado por la lectura de su carta y acobardado por la evidencia, sumióse en repentino silencio. Introducido Estatilio, reconoció su sello y su letra; leyóse la carta casi en el mismo sentido: confesó. Mostré entonces su carta a Léntulo, preguntándole si reconocía su sello: asintió. "Es, sin duda, le dije, un sello conocido; es la imagen de tu abuelo, hombre insigne, que amó apasionadamente a su patria y a sus conciudadanos; en verdad que, aun muda, debía haberte retraído de tamaño crimen". (11) Léese en parecidos términos su carta al Senado y pueblo de los alóbroges; le concedí que hablara, por si algo quería decir: él, de primeras, ciertamente, rehusó; mas un rato después, presentadas y expuestas ya todas las pruebas, se levantó; preguntó a los galos qué tenía que ver con ellos y por qué habían ido a su casa; lo mismo dijo a Volturcio. Éstos le replicaron con

orare, ut illi facerent item
quae eorum legati
recepissent sibi.
Tum Cethegus, qui paulo ante
respondisset tamen aliquid
de gladiis ac sicis, quae
deprehensa erant
apud ipsum,
dixissetque se
fuisse semper studiosum
bonorum ferramentorum,
debilitatus litteris recitatis
atque abiectus conscientia,
conticuit repente.
Introductus Statilius cognovit
et signum et manum suam:
Tabellae in fere eandem
sententiam recitatae sunt;
confessus est. Tum ostendi
tabellas Lentulo
et quaesivi cognosceretne signum;
adnuit. Inquam: Est vero
quidem signum notum,
imago avi tui,
viri clarissimi,
qui amavit unice patriam et
suos cives;
quae quidem
etiam muta, debuit revocare te
a tanto scelere.
Litterae ad senatum populumque
Allobrogum leguntur eadem
ratione; feci potestatem, si vellet
dicere *ali*quid de his rebus;
atque quidem ille negavit primo;
aliquanto autem post surrexit,
toto indicio exposito
atque edito:
quaesivit a Gallis,
quid esset sibi
cum iis, ob quam
rem venissent suam domum,
itemque a Volturcio;

que rogaba que ellos hicieran igual
lo que sus legados
habían aceptado para sí.
Entonces Cetego, que poco antes
había respondido al menos algo
sobre las espadas y puñales que
se habían encontrado
en casa de él mismo
y había dicho que él
había sido siempre aficionado
a las buenas armas,
abatido por la carta leída
y aturdido por el conocimiento *de*
calló de pronto. [*los hechos,*
Introducido Estatilio, reconoció
tanto el sello como su escritura:
las tablillas, en casi el mismo
sentido, fueron leídas;
confesó. Entonces mostré
las tablillas a Léntulo
y pregunté si reconocía el sello;
asintió. Digo: es en verdad
ciertamente un sello conocido,
la imagen de tu abuelo,
varón preclaro,
que amó únicamente a la patria y
a sus conciudadanos;
la cual, ciertamente,
aun muda, debió apartarte
de tan gran crimen.
Las cartas al Senado y pueblo
de los alóbroges son leídas de igual
modo; *le* di potestad por si quería
decir algo de estas cosas;
y, ciertamente, él negó al principio;
pero un poco después se levantó,
todas las pruebas expuestas
y presentadas:
preguntó de (a) los galos
qué (relación) había para él
con ellos, por qué
motivo habían ido a su casa,
e igualmente de (a) Volturcio;

qui cum illi breviter constanterque respondissent per quem ad eum quotiensque venissent quaesissentque ab eo nihilne secum esset de fatis Sibyllinis locutus, tum ille, subito scelere demens, quanta conscientiae vis esset, ostendit. Nam, cum id posset infitiari, repente praeter opinionem omnium confessus est. Ita eum non modo ingenium illud et dicendi exercitatio, qua semper valuit, sed etiam propter vim sceleris manifesti atque deprehensi impudentia, qua superabat omnes, improbitasque defecit. (12) Volturcius vero subito litteras proferri atque aperiri iubet, quas sibi a Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat: atque ibi vehementissime perturbatus Lentulus tamen et signum et manum suam cognovit; erant autem sine nomine, sed ita: "*Quis sim, scies, ex eo, quem ad te misi. Cura ut vir sis, et cogita quem in locum sis progressus; et vide quid tibi iam sit necesse, et cura ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infirmorum*". Gabinius deinde introductus, cum primo impudenter respondere coepisset, ad extremum nihil ex iis, quae Galli insimulabant, nega-

brevedad y aplomo, declarando por medio de quién y cuántas veces le habían visitado, y al interrogarle si no había hablado con ellos algo sobre las profecías, él entonces, presa de súbito furor por la notoriedad de su crimen, mostró cuán grande es la fuerza de la conciencia, pues, aunque podía negarlo, de pronto, cuando nadie lo esperaba, confesó. Faltóle así no sólo aquel ingenio y maestría oratorias en que siempre sobresalió, sino, por la gravedad de su crimen manifiesto y descubierto, su inigualable arrogancia y su mala fe. (12) Volturcio entonces inesperadamente pide que se presente y abra la carta que afirmaba haberle entregado Léntulo para Catilina; allí Léntulo, profundamente turbado, pudo, con todo, reconocer su sello y su letra; ningún nombre había en ella, pero decía así: "Quién soy, lo sabrás por quien te envío. Trata de ser un hombre y reflexiona hasta qué punto has llegado; mira también qué te es necesario y cuida de procurarte el auxilio de todos, aun de los más débiles". Llegado el turno de Gabinio, comenzó respondiendo con arrogancia, para terminar asintiendo a todo cuanto los galos le impu-

qui cum respondissent illi breviter
constanterque per quem
quotiensque venissent ad eum,
quaesissentque ab eo,
nihilne locutus esset secum
de fatis Sibyllinis,
tum ille, demens scelere,
ostendit subito, quanta
esset vis conscientiae.
Nam, cum posset infitiari id,
confessus est repente
praeter opinionem omnium.
Ita non modo illud ingenium
atque exercitatio dicendi,
qua valuit semper,
sed etiam impudentia,
qua superabat omnes,
improbitasque eum defecit
propter vim sceleris
manifesti adque deprehensi.
Vero Volturcius iubet subito
litteras quas dicebat
datas sibi
a Lentulo ad Catilinam
proferri atque aperiri;
atque ibi Lentulus
perturbatus vehementissime
cognovit tamen et signum
et manum suam; erant autem
sine nomine, sed ita:
"Scies quis sim ex eo, quem
misi ad te; cura, ut sis vir,
et cogita in quem locum
sis progressus; et vide, quid
sit iam tibi necesse, et cura
ut adiungas tibi auxilia omnium,
etiam infirmorum".
Gabinius introductus deinde
cum coepisset
primo respondere
impudenter, ad extremum
nihil negavit ex iis,
quae Galli insimulabant.

éstos, habiéndole respondido breve
y acordemente por medio de quién
y cuántas veces habían ido a él,
y habiéndole preguntado
si nada había hablado con ellos
de las profecías sibilinas,
entonces él, loco por el crimen,
mostró de pronto cuán grande
es la fuerza de la conciencia.
Pues, pudiendo negarlo,
confesó de repente
contra la opinión de todos.
Así, no sólo aquel ingenio
y práctica de hablar
en que sobresalió siempre,
sino también la impudencia,
en que aventajaba a todos,
y la maldad le abandonó,
por la gravedad del crimen
manifiesto y revelado.
Pero Volturcio manda de pronto
que la carta que decía
que le había sido dada
por Léntulo para Catilina
fuera presentada y abierta;
y aquí Léntulo,
turbado profundísimamente,
reconoció, sin embargo, tanto el sello
como su letra; estaba, por cierto,
sin nombre, pero así:
"Sabrás quién soy por aquel que
te he enviado; procura que seas un
y medita hasta qué lugar [hombre
has avanzado y mira qué
es ahora para ti necesario y trata
de procurarte los auxilios de todos,
aun de los más débiles".
Gabinio, introducido después,
habiendo empezado
a lo primero a responder
descaradamente, a lo último
nada negó de lo
que los galos *le* inculpaban.

vit. (13) Ac mihi quidem, Quirites, cum illa certissima visa sunt argumenta atque indicia sceleris, tabellae, signa, manus, denique unius cuiusque confessio, tum multo certiora illa: color, oculi, vultus, taciturnitas; sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur, sic furtim non numquam inter sese aspiciebant, ut non iam ab aliis indicari, sed indicare se ipsi viderentur.

VI. — Indiciis expositis atque editis, Quirites, senatum consului de summa re publica quid fieri placeret. Dictae sunt a principibus acerrimae ac fortissimae sententiae, quas senatus sine ulla varietate est secutus. Et quoniam nondum est praescriptum senatus consultum, ex memoria vobis, Quirites, quid senatus censuerit, exponam. (14) Primum mihi gratiae verbis amplissimis aguntur, quod virtute, consilio, providentia mea res publica maximis periculis sit liberata. Deinde L. Flaccus et C. Pomptinus praetores, quod eorum opera forti fidelique usus essem, merito ac iure laudantur.

taban. (13) En cuanto a mí, quirites, vi en todo aquello fidedignos indicios y pruebas del delito: las cartas, los sellos, la escritura, la confesión, en fin, de todos ellos; pero mucho más me convencieron su palidez, sus miradas, su expresión y su silencio: tan consternados estaban, de tal manera miraban al suelo, dirigiéndose unos a otros de cuando en cuando furtivas miradas, que no parecían víctimas de acusaciones ajenas, sino acusados por su propia conciencia.

VI. — Expuestas y dadas a conocer las pruebas, quirites, consulté al Senado qué medidas pedían los supremos intereses del Estado. Se propusieron por los principales senadores acuerdos muy duros y rigurosos, que el Senado aprobó sin discrepancia. Como no ha sido todavía el decreto senatorial transcrito, os voy a exponer, quirites, de memoria, lo que el Senado ha decidido. (14) En primer lugar me agradece con palabras encomiásticas el haber salvado a la República, por mi esfuerzo, prudencia y vigilancia, de peligrosísimas situaciones. Elogia luego justa y merecidamente a los pretores Flaco y Pontino, que me prestaron su ayuda resuelta y leal. De igual ma-

Ac quidem, Quirites,
cum illa,
tabellae, signa, manus,
denique confessio
unius cuiusque
visa sunt mihi argumenta atque
indicia certissima sceleris,
tum multo certiora illa,
color, oculi,
vultus, taciturnitas:
enim obstupuerant sic,
intuebantur terram sic,
aspiciebant inter sese furtim
non numquam sic,
ut viderentur
non iam indicari ab aliis,
sed ipsi se indicare.

Y, ciertamente, quirites,
no sólo aquellas cosas:
las tablillas, los sellos, la escritura,
en fin, la confesión
de cada uno,
me han parecido pruebas y
testimonios segurísimos del crimen,
sino mucho más seguros éstas:
el color, los ojos,
la expresión, el silencio:
pues se habían aturdido de tal modo,
miraban al suelo de tal manera,
se miraban entre sí a hurtadillas
a veces de tal manera,
que parecían
no ya ser acusados por otros,
sino que ellos mismos se acusaban.

VI. — Quirites, expositis
atque editis indiciis
consului senatum, quid
placeret fieri
de summa re publica.
Sententiae acerrimae ac
fortissimae, quas senatus
secutus est sine ulla varietate,
dictae sunt a principibus.
Et quoniam consultum senatus
nondum praescriptum est
vobis exponam, Quirites, ex
memoria, quid censuerit
senatus.
Primum gratiae mihi aguntur
verbis amplissimis, quod
res publica liberata sit
maximis periculis virtute
consilio, providentia mea.
Deinde L. Flaccus
et C. Pomptinus
praetores laudantur merito ac
iure, quod
usus essem opera
forti fidelique eorum.

VI. — Quirites, expuestos
y hechos públicos los testimonios,
consulté al Senado qué
le placía (decidía) que se hiciera
sobre el supremo *interés del* Estado.
Opiniones muy severas y
muy enérgicas, que el Senado
siguió sin alguna discrepancia,
fueron dichas por los más notables.
Y como el decreto del Senado
aún no ha sido transcrito,
os expondré, quirites, de
memoria qué ha decidido
el Senado.
Primero gracias me son dadas
con palabras magníficas, porque
la República ha sido librada
de los mayores peligros con el valor,
el consejo, la previsión mía.
Luego Lucio Flaco
y Cayo Pontino,
pretores, son elogiados merecida y
justamente porque
me he servido de la ayuda
enérgica y leal de ellos.

Atque etiam viro forti, conlegae meo, laus impertitur, quod eos, qui huius coniurationis participes fuissent, a suis et a rei publicae consiliis removisset. Atque ita censuerunt, ut P. Lentulus, cum se praetura abdicasset, in custodiam traderetur; itemque uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, qui omnes praesentes erant, in custodiam traderentur. Atque idem hoc decretum est in L. Cassium, qui sibi procurationem incendendae urbis depoposcerat, in M. Caeparium, cui ad sollicitandos pastores Apuliam attributam esse erat indicatum, in P. Furium, qui est ex iis colonis, quos Faesulas L. Sulla deduxit, in Q. Annium Chilonem, qui una cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus, in P. Umbrenum, libertinum hominem, a quo primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat. Atque ea lenitate senatus est usus, Quirites, ut ex tanta coniuratione tantaque hac multitudine domesticorum hostium novem hominum perditissimorum poena re publica conservata reliquorum

nera congratula a mi enérgico colega por haber roto toda relación, tanto pública como privada, con los conjurados. Dispuso también que Publio Léntulo, una vez que hubiera renunciado a la pretura, fuera encarcelado, así como Cayo Cetego, Lucio Estatilio y Publio Gabinio, todos los cuales se hallaban presentes. Esta misma condena se decretó contra Lucio Casio, que había solicitado para sí la misión de incendiar la ciudad; contra Marco Ceparío, acusado de tener a su cargo la región de Apulia para sembrar la revuelta entre los pastores; contra Publio Furio, procedente de aquellos colonos que Sila trasladó a Fésulas; contra Quinto Anno Quilón, quien, de concierto con este Furio, había intervenido en la provocación a los alóbroges; contra Publio Umbreno, un liberto, que consta haber sido el primero que presentó a los galos ante Gabinio. Y tan indulgente se ha mostrado el Senado, quirites, que ha creído que entre tan numerosos conjurados, entre tal muchedumbre de enemigos interiores, bastaba el castigo de nueve malvados para, salvada la República,

Atque laus impertitur etiam
conlegae meo, viro forti,
quod removisset a suis
et a consiliis rei publicae
eos qui fuissent participes
huius coniurationis.
Atque censuerunt ita, ut
P. Lentulus, cum abdicasset se
praetura, traderetur
in custodiam;
itemque uti C. Cethegus,
L. Statilius, P. Gabinius,
qui omnes erant praesentes,
traderentur in custodiam.
Atque hoc idem decretum est
in L. Cassium,
qui depoposcerat
sibi procurationem
incendendae urbis,
in M. Caeparium
cui indicatum erat
Apuliam attributam esse
ad sollicitandos pastores,
in P. Furium, qui est
ex iis colonis,
quos L. Sulla
deduxit Faesulas,
in Q. Annium Chilonem, qui
versatus erat semper
una cum hoc Furio in hac
sollicitatione Allobrogum;
in P. Umbrenum, hominem
libertinum, a quo constabat,
Gallos perductos esse
primum ad Gabinium.
Atque, Quirites, senatus
usus est ea lenitate, ut,
re publica conservata poena
novem hominum
perditissimorum
ex tanta coniuratione
hacque tanta multitudine
hostium domesticorum,

Y el elogio se extiende también
a mi colega, hombre animoso,
porque había apartado de los suyos
y de los consejos del Estado
a los que habían sido partícipes
de esta conjuración.
Y decidieron así que
Publio Léntulo, cuando renunciara
a la pretura, fuera entregado
a vigilancia;
e igualmente que Cayo Cetego,
Lucio Estatilio, Publio Gabinio,
los cuales todos estaban presentes,
fueran entregados a vigilancia.
Y esto mismo fue decretado
contra Lucio Casio,
que había reclamado
para sí el cometido
de incendiar la ciudad;
contra Marco Cepario,
a quien se había denunciado
que Apulia *le* había sido asignada
para instigar a los pastores;
contra Publio Furio, que es
de aquellos colonos
que Lucio Sila
llevó a Fésulas;
contra Quinto Annio Quilón, que
se había ocupado continuamente
junto con este Furio en esta
instigación de los alóbroges;
contra Publio Umbreno, hombre
liberto, por quien constaba
que los galos habían sido presentados
primero a Gabinio.
Y, quirites, el Senado
ha usado tal lenidad que,
salvada la República por el castigo
de nueve hombres
muy corrompidos
de tan gran conjuración
y de esta tan grande multitud
de enemigos domésticos,

mentes sanari posse arbitraretur. (15) Atque etiam supplicatio dis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est, quod mihi primum post hanc urbem conditam togato contigit, et his decreta verbis est: *quod urbem incendiis, caede cives, Italiam bello liberassem,* quae supplicatio si cum ceteris supplicationibus conferatur, hoc interest, quod ceterae bene gesta, haec una conservata re publica constituta est. Atque illud, quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Nam P. Lentulus, quamquam patefactis indiciis et confessionibus suis iudicio senatus non modo praetoris ius, verum etiam civis amiserat, tamen magistratu se abdicavit, ut, quae religio C. Mario, clarissimo viro, non fuerat, quo minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, praetorem occideret, ea nos religione in privato P. Lentulo puniendo liberaremur.

inducir a los demás al arrepentimiento. (15) Decretóse asimismo, en mi nombre, una acción de gracias a los dioses inmortales por su singular beneficio, honor por primera vez desde nuestros orígenes otorgado a un hombre de paz, y se decretó con estas palabras: *por haber preservado a Roma del incendio, de la muerte a sus ciudadanos, a Italia de la guerra.* Si esta acción de gracias se compara con las anteriores, se verá esta diferencia: que aquéllas se acordaron por haber servido a la patria gloriosamente, ésta sola por haberla salvado. Y lo que primero debió hacerse, eso se ha hecho y cumplido: Publio Léntulo, en efecto, aunque por la evidencia de las pruebas y su propia confesión, había perdido, a juicio del Senado, no sólo su prerrogativa como pretor, sino también como ciudadano, tuvo, no obstante, que renunciar a la magistratura, a fin de que aquel escrúpulo que no sintió Cayo Mario, insigne ciudadano, para dejar de dar muerte al pretor Cayo Glaucia, contra quien nada se había decretado personalmente, no nos remordiera al castigar a Publio Léntulo, simple particular.

arbitraretur mentes reliquorum posse sanari.
Atque etiam supplicatio dis immortalibus decreta est pro singulari merito eorum nomine meo, quod contigit mihi togato primum post hanc urbem conditam, et est decreta his verbis: quod liberassem urbem incendiis, cives caede, Italiam bello, quae supplicatio, si conferatur cum ceteris supplicationibus, interest hoc, quod ceterae *constitutae sunt re publica* bene gesta, haec una constituta est re publica conservata.
Atque illud, quod fuit faciendum primum, factum atque transactum est.
Nam P. Lentulus, quamquam amiserat iudicio senatus non modo ius praetoris, verum etiam civis, indiciis patefactis et confessionibus suis, tamen abdicavit se magistratu, ut nos liberaremur, in puniendo, P. Lentulo privato ea religione, quae religio non fuerat C. Mario, viro clarissimo, quo minus occideret C. Glauciam praetorem, de quo nihil decretum erat nominatim.

juzgaba que las mentes de los demás podían sanarse.
Y también una acción de gracias a los dioses inmortales fue decretada por singular beneficio de ellos en mi nombre, lo cual ha acontecido a mí, hombre de toga, por primera después de esta ciudad fundada, [vez y fue decretada con estas palabras: porque había librado a la ciudad de los incendios, a los ciudadanos de la muerte, a Italia de la guerra, [para la cual acción de gracias, si se compara con las demás acciones de gracias, se distingue en esto, en que las demás se han instituido por una república bien dirigida, ésta sola ha sido instituida por una república salvada.
Y aquello que debió ser hecho primero ha sido hecho y cumplido.
Pues Publio Léntulo, aunque había perdido según juicio del Senado no sólo el derecho de pretor, sino también el de ciudadano, por las pruebas evidentes y sus confesiones, sin embargo, renunció a la magistratura, para que nosotros nos librásemos, al castigar a P. Léntulo, *hombre* privado, de aquel escrúpulo, el cual escrúpulo no había existido para Cayo Mario, hombre ilustrísimo, para que no matara a Cayo Glaucia, pretor, de quien nada se había decretado expresamente.

VII. — (16) Nunc quoniam, Quirites, consceleratissimi periculosissimique belli nefarios duces captos iam et comprehensos tenetis, existimare debetis omnes Catilinae copias, omnes spes atque opes, his depulsis urbis periculis, concidisse. Quem quidem ego cum ex urbe pellebam, hoc providebam animo, Quirites, remoto Catilina, non mihi esse P. Lentuli somnum nec L. Cassi adipes nec C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam. Ille erat unus timendus ex istis omnibus, sed tam diu, dum urbis moenibus continebatur. Omnia norat, omnium aditus tenebat. Appellare, temptare, sollicitare poterat, audebat. Erat ei consilium ad facinus aptum, consilio autem neque lingua neque manus deerat. Iam ad certas res conficiendas certos homines delectos ac discriptos habebat. Neque vero, cum aliquid mandarat, confectum putabat: nihil erat, quod non ipse obiret, occurreret, vigilaret, laboraret; frigus, sitim, famen ferre poterat. (17) Hunc ego hominem tam acrem, tam audacem, tam paratum, tam callidum, tam in scelere vigilantem, tam in per-

VII. — (16) Ahora, romanos, que ya tenéis firmemente capturados a los cabecillas inicuos de la guerra más criminal y espantosa, tened la certidumbre de que, atajado el peligro en Roma, todas las fuerzas de Catilina, todas sus esperanzas y recursos, se han derrumbado. Cuando yo le arrojaba de la ciudad, presentía en mi imaginación que, alejado Catilina, no tendría yo que temer la modorra de Léntulo, ni la crasitud de Casio, ni el furor temerario de Cetego. Él era el temible entre todos éstos, pero sólo mientras se cobijaba entre nuestras murallas. Todo lo conocía, a todos tenía acceso. Entrevistas, sobornos, halagos, todo lo podía y acometía audazmente; a su ingenio despierto para el crimen no le faltaban palabras ni brazos. Por lo demás, para cada misión tenía su hombre especialmente escogido. Pero tampoco creía que orden por él dada era orden cumplida; nada había que personalmente no afrontara, en que no interviniera, que no vigilara, en que no actuara; frío, sed o hambre, a todo se sobreponía. (17) Si a este hombre tan activo, tan audaz, tan infatigable, tan taimado, tan despierto para el crimen, tan cauto en las situaciones desesperadas, no le hubiese yo arrojado de las cela-

VII. — Nunc, Quirites, quoniam
tenetis iam duces nefarios
belli consceleratissimi
periculosissimique
captos et comprehensos
debetis existimare omnes copias
Catilinae, omnes spes
atque opes, concidisse,
depulsis his periculis urbis.
Quem quidem
cum ego pellebam ex urbe,
providebam animo, Quirites,
hoc, remoto Catilina, non
somnum P. Lentuli
nec adipes L. Cassi, nec
furiosam temeritatem C. Cethegi
pertimescendam esse mihi.
Ille unus ex omnibus istis
erat timendus, sed tam diu
dum continebatur
moenibus urbis.
Norat omnia,
tenebat aditus omnium.
Poterat, audebat appellare,
temptare, sollicitare.
Consilium erat ei aptum
ad facinus, autem neque lingua
neque manus deerat consilio.
Habebat iam homines certos
delectos ac discriptos
ad conficiendas res certas.
Neque vero,
cum mandarat aliquid,
putabat confectum: nihil erat
quod ipse non obiret,
occurreret, vigilaret,
laboraret; poterat ferre
frigus, sitim, famem.
Nisi ego compulissem
ex insidiis domesticis
in latrocinium castrense
hunc hominem tam acrem, tam
audacem, tam paratum,

VII. — Ahora, quirites, puesto que
tenéis ya a los caudillos infames
de una guerra criminalísima
y peligrosísima
detenidos y apresados,
debéis juzgar que todas las tropas
de Catilina, todas *sus* esperanzas
y recursos, se han derrumbado,
alejados estos peligros de la ciudad.
A quien ciertamente
cuando yo expulsaba de la ciudad,
preveía con *mi* espíritu, quirites,
esto, que, alejado Catilina, no (ni)
la somnolencia de Publio Léntulo,
ni la obesidad de Lucio Casio, ni
la furiosa temeridad de Cayo Cetego
debía ser temida por mí.
Aquél solo de todos ésos
era de temer, pero tan largo tiempo
mientras estaba encerrado
en los muros de la ciudad.
Conocía todo,
poseía la entrada de (a) todos.
Podía, se atrevía a entrevistar,
tantear, solicitar.
El ingenio era para él (tenía) listo
para el crimen y ni la lengua
ni la mano faltaba al ingenio.
Tenía ya hombres determinados
elegidos y distribuidos
para cumplir misiones determinadas.
Ni, en verdad,
cuando había mandado algo,
lo pensaba terminado: nada había
a que él mismo no acudiese,
interviniese, vigilase,
se afanase; podía soportar
frío, sed, hambre.
Si yo no hubiera empujado
de las emboscadas internas
al bandolerismo castrense
a este hombre tan impetuoso, tan
audaz, tan resuelto,

ditis rebus diligentem, nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium compulissem —dicam id quod sentio, Quirites—, non facile hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depulissem. Non ille nobis Saturnalia constituisset neque tanto ante exitii ac fati diem rei publicae denuntiavisset neque commisisset ut signum, ut litterae suae, testes manifesti sceleris deprehenderentur. Quae nunc illo absente sic gesta sunt, ut nullum in privata domo furtum umquam sit tam palam inventum, quam haec tanta in republica coniuratio manifesto inventa atque comprehensa est. Quodsi Catilina in urbe ad hanc diem remansisset, quamquam, quoad fuit, omnibus eius consiliis occurri atque obstiti, tamen, ut levissime dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset, neque nos umquam, dum ille in urbe hostis esset, tantis periculis rem publicam, tanta pace, tanto otio, tanto silentio liberassemus.

VIII. — (18) Quamquam haec omnia, Quirites, ita sunt a me administrata, ut deorum immortalium nutu atque consi-

das en la ciudad a la guerrilla en campo abierto —hablaré como lo siento, quirites—, difícilmente habría podido apartar de vuestra cerviz tan gran cúmulo de males. No habría él entonces fijado contra nosotros la celebración de las Saturnales, ni con tanta anticipación habría anunciado a la República el día fatal de su ruina, ni se habría arriesgado a que sus sellos y sus cartas, testimonios manifiestos de su crimen, hubieran sido interceptados. Todo ello, merced a su ausencia, se ha planteado de tal manera, que nunca en una casa particular se ha sorprendido un simple hurto tan paladinamente, como manifiesto ha sido el descubrimiento de esta vastísima conspiración dentro de la República. Pero si Catilina hubiera permanecido hasta hoy en la ciudad, aunque durante su estancia combatí y quebranté todos sus empeños, nos hubiéramos, con todo, visto obligados, para hablar suavemente, a luchar contra él y nunca, con él en la ciudad por enemigo, nos hubiéramos liberado de tan grandes peligros con tanta paz, tanta calma y tanta quietud.

VIII. — (18) Pero todo esto, romanos, lo he dirigido de tal manera, que parece que los dioses inmortales con su dedo lo han tra-

tam callidum, tam vigilantem
in scelere, tam diligentem
in rebus perditis,
dicam id quod sentio, Quirites,
non depulissem facile
hanc tantam molem mali
a cervicibus vestris.
Ille non nobis constitutisset
Saturnalia neque denuntiavisset
tanto ante diem exitii
ac fati rei publicae,
neque commisisset,
ut signum, ut litterae suae
testes manifesti sceleris,
deprehenderentur.
Quae gesta sunt nunc,
absente illo, sic, ut
nullum furtum in domo privata
inventum sit umquam
tam palam,
quam haec tanta coniuratio
in re publica inventa est
atque comprehensa manifesto.
Quodsi Catilina remansisset
in urbe
ad hanc diem, quamquam,
quoad fuit,
occurri atque obstiti
omnibus consilis eius, tamen,
ut dicam levissime,
dimicandum fuisset nobis cum illo,
neque nos liberassemus
rem publicam
tantis periculis
tanta pace, tanto otio,
tanto silentio, dum ille
esset hostis in urbe.

tan astuto, tan vigilante
en el crimen, tan diligente
en las situaciones perdidas,
diré lo que siento, quirites,
no habría alejado fácilmente
esta tan grande mole de mal
de vuestras cervices.
Él no nos habría fijado
las Saturnales ni habría anunciado
tanto *tiempo* antes el día de la ruina
y de la fatalidad de la República
ni se hubiera expuesto
a que el sello, a que las cartas suyas,
testigos manifiestos del crimen,
fueran interceptados. [ahora,
Las cuales cosas han sido hechas
ausente él, de tal manera, que
ningún hurto en una casa privada
se ha descubierto nunca
tan claramente
como esta tan vasta conjuración
en la República ha sido descubierta
y atajada en fragrante.
Y si Catilina hubiera permanecido
en la ciudad
hasta este día, aunque,
mientras estuvo,
acudí y me opuse [bargo,
a todos los designios de él, sin em-
para hablar muy ligeramente
hubiéramos tenido que luchar con él,
y no hubiéramos nosotros librado
a la República
de tan grandes peligros
con tanta paz, con tanta calma,
con tanto silencio, mientras él
estuviera *como* enemigo en la ciudad.

VIII. — Quamquam, Quirites,
omnia haec administrata sunt
a me ita, ut videantur
(et) gesta et provisa esse
nutu atque consilio

VIII. — Aunque, quirites,
todas estas cosas han sido dirigidas
por mí de tal manera que parece
que han sido ejecutadas y previstas
con la voluntad y providencia

lio et gesta et provisa esse videantur. Idque cum coniectura consequi possumus, quod vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse, tum vero ita praesentes his temporibus opem et auxilium nobis tulerunt, ut eos paene oculis videre possemus. Nam uti illa omittam, visas nocturno tempore ab occidente faces ardoremque caeli, ut fulminum iactus, ut terrae motus relinquam, ut omittam cetera, quae tam multa nobis consulibus facta, ut haec, quae nunc fiunt, canere di immortales viderentur, hoc certe, Quirites, quod sum dicturus, neque praetermittendum neque relinquendum est. (19) Nam profecto memoria tenetis, Cotta et Torquato consulibus, complures in Capitolio res de caelo esse percussas, cum et simulacra deorum depulsa sunt et statuae veterum hominum deiectae et legum aera liquefacta et tactus etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus, quem inauratum in Capitolio, parvum atque lactentem uberibus

zado y con su prudencia gobernado. Y a esta conclusión podemos llegar no sólo por el supuesto de que la mente humana es apenas capaz de sortear tan graves circunstancias, sino porque, en verdad, tan palpable ha sido en estos tiempos su protección y ayuda que casi con nuestros ojos pudimos verlos. Pues, aun omitiendo prodigios como los fuegos nocturnos que desde poniente encendían el cielo, aun prescindiendo de las exhalaciones celestes y los temblores de tierra, aun pasando en silencio tantos otros prodigios que durante mi consulado tuvieron lugar, por los que los dioses inmortales parecían presagiarnos los presentes acontecimientos, no he de callar al menos, romanos, ni preterir lo que voy a deciros. (19) Recordaréis, en efecto, que durante el consulado de Cota y Torcuato, varias cosas en el Capitolio fueron fulminadas por el rayo, y que entonces las imágenes de los dioses fueron removidas y derribadas las estatuas de nuestros viejos prohombres, licuados los bronces de las leyes y alcanzado también el fundador de esta ciudad, Rómulo, que recordaréis, pequeñuelo, sus labios a los pechos de una loba, según

deorum immortalium.
Possumusque consequi id,
cum coiectura, quod
gubernatio
tantarum rerum
vix videtur potuisse esse
consilii humani, tum
vero tulerunt nobis
opem et auxilium
his temporibus
ita praesentes, ut
pene possemus
videre eos oculis.
Nam, ut omittam illa,
faces visas tempore nocturno
ab occidente
ardoremque caeli;
ut relinquam iactus fulminum,
ut motus terrae,
ut omittam
cetera, quae facta *sunt,*
nobis consulibus,
tam multa, ut
di immortales viderentur
canere haec, quae fiunt nunc,
hoc certe, Quirites, quod
dicturum sum, neque
praetermittendum est neque
relinquendum. Nam profecto
tenetis memoria
complures res percussas esse
de caelo
in Capitolio
Cotta et Torquato consulibus,
cum (et) simulacra deorum
depulsa sunt et statuae
hominum veterum deiectae
et aera legum liquefacta
et etiam ille, qui condidit
hanc urbem, Romulus, quem
meministis inauratum, parvum
atque lactentem, inhiantem
uberibus lupinis,

de los dioses inmortales.
Y podemos concluir esto,
no sólo por conjetura, pues
la dirección
de tan importantes asuntos
apenas parece haber podido ser *propia*
de la prudencia humana, sino *porque*
realmente nos han traído
ayuda y protección
en estos tiempos
estando tan presentes, que
casi podíamos
verlos con los ojos.
Pues, aunque omita aquellas cosas,
las luces vistas en tiempo nocturno
por occidente
y el resplandor del cielo,
aunque deje la emisión de rayos,
aunque *deje* los terremotos,
aunque omita
las demás cosas que han sucedido,
siendo nosotros cónsules,
tan frecuentes, que
los dioses inmortales parecían
presagiar lo que sucede ahora,
esto al menos, quirites, que
voy a decir, ni
debe pasarse por alto ni
dejarse. Pues, en efecto,
tenéis en la memoria
que varias cosas fueron heridas
desde el cielo (por el rayo)
en el Capitolio
siendo Cota y Torcuato cónsules
cuando las imágenes de los dioses
fueron desalojadas y las estatuas
de hombres antiguos derribadas
y los bronces de las leyes licuados
y también aquel que fundó
esta ciudad, Rómulo, a quien
recordáis que, dorado, pequeño
y lactante, abriendo su boca
a las ubres de una loba,

lupinis inhiantem fuisse meministis. Quo quidem tempore, cum haruspices ex tota Etruria convenissent, caedes atque incendia et legum interitum et bellum civile ac domesticum et totius urbis atque imperii occasum adpropinquare dixerunt, nisi di immortales omni ratione placati suo numine prope fata ipsa flexissent. (20) Itaque illorum responsis tum et ludi per decem dies facti sunt neque res ulla, quae ad placandos deos pertineret, praetermissa est; idemque iusserunt simulacrum Iovis facere maius et in excelso conlocare et contra, atque antea fuerat, ad orientem convertere; ac se sperare dixerunt, si illud signum, quod videtis, solis ortum et forum curiamque conspiceret, fore ut ea consilia, quae clam essent inita contra salutem urbis atque imperii, inlustrarentur, ut a senatu populoque Romano perspici possent; atque illud signum conlocandum consules illi locaverunt; sed tanta fuit operis tarditas, ut neque superioribus consulibus neque nobis ante hodiernum diem conlocaretur.

le representaba una estatua dorada en el templo capitolino. En aquel tiempo, arúspices llegados de toda Etruria predijeron la inminencia de muertes e incendios, la extinción de las leyes, la guerra civil y doméstica y el ocaso de la ciudad y del Imperio si los dioses inmortales, aplacados por todos los medios, no torcían con su poder casi el curso de los hados. (20) Así, de acuerdo con sus vaticinios, se celebraron juegos expiatorios durante diez días, sin omitir nada que tocara a su propiciación; asimismo, mandaron construir una estatua mayor de Júpiter y, emplazándola al contrario de su primera posición, colocarla mirando a oriente; y dijeron tener la esperanza de que, si esa imagen que estáis viendo tenía en frente el sol naciente y el foro y la curia, los atentados que secretamente se tramaran contra la existencia de la ciudad y del Imperio quedarían revelados, de modo que el Senado y pueblo romanos podrían reconocerlos; y, en efecto, aquellos cónsules adjudicaron en subasta su colocación, pero la lentitud de los trabajos fue tanta que ni en el anterior consulado ni en el nuestro se pudo erigir hasta hoy.

fuisse in Capitolio.
Quo tempore quidem
cum haruspices convenissent
ex tota Etruria, dixerunt
caedes atque incendia
et interitum legum
et bellum civile et domesticum
et occasum totius urbis atque
imperii adpropinquare,
nisi di immortales
placati
omni ratione flexissent
numine suo prope ipsa fata.
Itaque tum
responsis illorum
(et) ludi facti sunt
per decem dies
neque ulla res, quae pertineret
ad deos placandos
praetermissa est;
idemque iusserunt facere maius
simulacrum Iovis et conlocare
in excelso et convertere
ad orientem, contra atque
fuerat antea; ac dixerunt
se sperare,
si illud signum,
quod videtis, conspiceret
ortum solis et forum curiamque,
fore ut ea consilia, quae
inita essent clam
contra salutem urbis
atque imperii, inlustrarentur,
ut possent perspici
a senatu populoque Romano;
atque illi consules locaverunt
illud signum
conlocandum;
sed tarditas
operis fuit tanta,
ut neque conlocaretur
consulibus superioribus neque
nobis ante diem hodiernum.

estuvo en el Capitolio.
En el cual tiempo, efectivamente,
habiendo acudido arúspices
de toda Etruria, dijeron
que matanzas e incendios
y la extinción de las leyes
y una guerra civil e intestina
y el ocaso de toda la ciudad y
del Imperio se acercaban,
a no ser que los dioses inmortales,
aplacados
por todo medio, hubieran torcido
con su potencia casi los propios hados.
Así, entonces,
según las respuestas de aquéllos,
juegos se celebraron
durante diez días
y ninguna cosa que sirviera
para aplacar a los dioses
se omitió;
y los mismos mandaron hacer mayor
la imagen de Júpiter y colocar*la*
en lo más alto y volver*la*
hacia oriente, al contrario que
había estado antes; y dijeron
que ellos esperaban que,
si aquella estatua
que veis, mirara
la salida del sol y el foro y la curia,
sucedería que aquellos designios que
se habían urdido en secreto
contra la salud de la ciudad
y del Imperio se descubrirían
para que pudieran ser vistos
por el Senado y pueblo romano;
y aquellos cónsules adjudicaron
aquella estatua
para que fuera colocada;
pero la lentitud
del trabajo fue tan grande,
que ni fue colocada
con los cónsules anteriores ni
con nosotros antes del día de hoy.

IX. — (21) Hic quis potest esse tam aversus a vero, tam praeceps, tam mente captus, qui neget haec omnia, quae videmus, praecipueque hanc urbem, deorum immortalium nutu ac potestate administrari? etenim, cum esset ita responsum, caedes, incendia, interitum rei publicae comparari, et ea per cives, quae tum propter magnitudinem scelerum non nullis incredibilia videbantur, ea non modo cogitata a nefariis civibus, verum etiam suscepta esse sensistis. Illud vero nonne ita praesens est, ut nutu Iovis Optimi Maximi factum esse videatur, ut, cum hodierno die mane per forum meo iussu et coniurati et eorum indices in aedem Concordiae ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur? quo conlocato atque ad vos senatumque converso, omnia et senatus et vos, quae erant contra salutem omnium cogitata, inlustrata et patefacta vidistis. (22) Quo etiam maiore sunt isti odio supplicioque digni, qui non solum vestris domiciliis atque tectis, sed etiam deorum templis atque delubris sunt funestos ac nefarios

IX. — (21) Después de esto, ¿quién puede haber tan enemigo de la verdad, tan irreflexivo y tan insensato que niegue que todo esto que vemos, y singularmente nuestra ciudad, es gobernado por la voluntad y el poderío de los dioses inmortales? En efecto, habiéndose vaticinado que se maquinaban matanzas, incendios y la destrucción de la República, y esto por obra de ciudadanos, a muchos entonces por la magnitud de los crímenes les parecía imposible, pero ahora habéis visto que esto ha sido no sólo meditado por inicuos ciudadanos, sino también emprendido. ¿No es acaso prueba evidente de que la voluntad de Júpiter Optimo Máximo guía los acontecimientos el hecho de que, mientras esta mañana por mandato mío eran conducidos a través del foro los conjurados y sus acusadores, en aquel mismo momento se alzaba su efigie? Y colocada ésta con la mirada sobre vosotros y el Senado, el Senado y vosotros todo lo que contra la salvación común se había tramado lo habéis visto descubierto claramente. (22) Aún son dignos de un odio más profundo y un castigo más acerbo esos que no sólo a vuestros edificios y moradas, sino hasta a los templos y santuarios de los dioses se han propuesto

IX. — Quis potest
esse hic
tam aversus a vero,
tam praeceps,
tam captus mente, qui neget
omnia haec, quae videmus,
praecipueque hanc urbem,
administrari nutu ac potestate
deorum immortalium?
Etenim,
cum responsum esset ita,
caedes, incendia, interitum
rei publicae comparari,
et ea per cives,
quae videbantur tum incredibilia
non nullis propter magnitudinem
scelerum,
sensistis ea non modo
cogitata esse, verum etiam
suscepta a civibus nefariis.
Illud vero, ut,
signum statueretur
eo ipso tempore, cum
(et) coniurati et indices eorum
ducerentur die hodierno mane
per forum in aedem
Concordiae iussu meo,
nonne est ita praesens ut videatur
factum esse nutu
Iovis Optimi Maximi?
Quo *signo* conlocato atque
converso ad vos senatumque,
et senatus et vos
vidistis quae cogitata erant
contra salutem omnium
inlustrata et patefacta.
Quo, isti, qui conati sunt
inferre ignes funestos ac nefarios
non solum domiciliis atque
tectis vestris,
sed etiam templis
atque delubris deorum, sunt
digni odio supplicioque

IX. — ¿Quién puede
haber aquí (ahora)
tan enemigo de la verdad,
tan alocado,
tan cerrado de espíritu, que niegue
que todas estas cosas que vemos,
y sobre todo esta ciudad,
está regido por la voluntad y el poder
de los dioses inmortales?
Efectivamente,
cuando se respondió así
que matanzas, incendios, la ruina
de la República se preparaba
y estas cosas por ciudadanos
que parecían entonces increíbles
a algunos por la magnitud
de los crímenes,
visteis que estas cosas no sólo
fueron pensadas, sino también
emprendidas por ciudadanos malva-
Este hecho, en verdad, que [dos.
la imagen se colocara
en aquel mismo momento en que
los conjurados y sus denunciadores
eran llevados hoy por la mañana
por el foro al templo
de la Concordia por orden mía,
¿no es tan evidente que parece
haber sido hecho por la voluntad
de Júpiter Optimo Máximo?
La cual estatua colocada y
vuelta hacia vosotros y el Senado,
tanto el Senado como vosotros
visteis las cosas que habían sido pen-
contra la salud de todos, [sadas,
descubiertas y probadas.
Por lo cual, esos que han intentado
llevar fuegos funestos y criminales
no sólo a los domicilios y
casas vuestras,
sino también a los templos
y santuarios de los dioses, son
dignos de un odio y de un suplicio

ignes inferre conati. Quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi sumam et non sim ferendus: ille, ille Iuppiter restitit; ille Capitolium, ille haec templa, ille cunctam urbem, ille vos omnes salvos esse voluit. Dis ego immortalibus ducibus hanc mentem voluntatemque suscepi atque ad haec tanta indicia perveni. Iam vero illa Allobrogum sollicitatio, iam ab Lentulo ceterisque domesticis hostibus tam dementer tantae res creditae et ignotis et barbaris comissaeque litterae numquam essent profecto, nisi ab dis immortalibus huic tantae audaciae consilium esset ereptum. Quid vero? ut homines Galli ex civitate male pacata, quae gens una restat, quae bellum populo Romano facere posse et non nolle videatur, spem imperii ac rerum maximarum ultro sibi a patriciis hominibus oblatam neglegerent vestramque salutem suis opibus anteponerent, id non divinitus esse factum putatis, praesertim qui nos non pugnando sed tacendo superare potuerunt?

arrimar la funesta y sacrílega tea incendiaria. Y si yo dijera que soy yo quien a ellos se ha opuesto, pretendería demasiado y sería insoportable. Él, él, Júpiter es quien se opuso, él quien ha salvado el Capitolio, él estos templos, él la ciudad entera, él a todos vosotros. Bajo la inspiración de los dioses inmortales adopté este propósito y resolución y descubrí tan abrumadoras pruebas. En verdad que nunca se hubiera intentado aquella instigación de los alóbroges, nunca Léntulo y los demás enemigos internos hubieran confiado tan insensatamente asuntos tan importantes ni entregado sus cartas a unos extranjeros desconocidos si los dioses inmortales no hubiesen privado a gente tan osada de su conocimiento. Pues ¿cómo? Que hombres de la Galia, de un pueblo no del todo apaciguado, pueblo entre todos el único que parece que puede y no rehusa hacer la guerra al pueblo romano, desdeñaran la esperanza de un Imperio y de las más ventajosas realidades, que espontáneamente les brindaron personajes patricios, y a su poder antepusieran vuestra salvación, todo esto, ¿no lo creéis ocurrido por intervención divina, sobre todo tratándose de quienes pudieron vencernos no combatiendo, sino callando?

etiam maiore.
Quibus si ego dicam
me restitisse,
sumam nimium mihi et
non ferendus sim; ille, ille
Iuppiter restitit; ille voluit
Capitolium,
ille haec templa,
ille urbem cunctam, ille
omnes vos esse salvos.
Ego, dis immortalibus
ducibus, suscepi hanc mentem
voluntatemque atque perveni
ad haec tanta indicia.
Vero iam
illa sollicitatio
Allobrogum,
iam tantae res
numquam profecto essent
creditae tam dementer
et ignotis et barbaris
ab Lentulo ceterisque
hostibus domesticis, litteraeque
commissae, nisi consilium
ereptum esset
ab dis immortalibus
huic tantae audaciae. Quid vero?
putatis non factum esse
divinitus id, ut
homines galli ex civitate
male pacata,
quae gens restat una,
quae videatur posse et non nolle
facere bellum populo romano,
qui praesertim potuerunt
superare nos non pugnando,
sed tacendo, neglegerent
spem imperii
ac rerum
maximarum, oblatam sibi
ultro ab hominibus
patriciis anteponerentque
salutem vestram opibus suis?

aún mayor.
A los cuales si yo digo
que yo he hecho frente,
tomaría demasiado para mí y
no debería ser tolerado; aquél, aquel
Júpiter hizo frente; aquél quiso
que el Capitolio,
él que estos templos,
él que la ciudad entera, él
que todos vosotros fuerais salvos.
Yo, *siendo* los dioses inmortales
guías, tomé este propósito
y voluntad y llegué
a estas tan grandes pruebas.
Pero entonces
aquella instigación
de los alóbroges,
entonces tan importantes asuntos
nunca ciertamente hubieran sido
confiados tan imprudentemente
no sólo a desconocidos, sino a ex-
por Léntulo y los demás [tranjeros
enemigos domésticos, ni las cartas
entregadas, a no ser que la prudencia
hubiera sido quitada
por los dioses inmortales
a esta tan gran audacia. Pues ¿qué?,
¿creéis que no ha sucedido
por voluntad divina esto, el que
hombres galos de una nación
mal pacificada,
el cual pueblo queda el único
que parece poder y no rehuir
hacer la guerra al pueblo romano
que especialmente pudieron
vencernos, no peleando,
sino callando, renunciaran
a la esperanza de un imperio
y de recursos
muy grandes, ofrecida a ellos
espontáneamente por hombres
patricios y antepusieran
vuestra salvación a su poder?

X. — (23) Quam ob rem, Quirites, quoniam ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis vestris. Nam multi saepe honores dis immortalibus iusti habiti sunt ac debiti, sed profecto iustiores numquam. Erepti enim estis ex crudelissimo ac miserrimo interitu, erepti sine caede, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione; togati me uno togato duce et imperatore vicistis. (24) Etenim recordamini, Quirites, omnes civiles dissensiones, non solum eas, quas audistis, sed eas, quas vosmet ipsi meministis atque vidistis. L. Sulla P. Sulpicium oppressit: eiecit ex urbe C. Marium, custodem huius urbis, multosque fortes viros, partim eiecit ex civitate, partim interemit. Cn. Octavius consul armis expulit ex urbe conlegam: omnis hic locus acervis corporum et civium sanguine redundavit. Superavit postea Cinna cum Mario: tum vero clarissimis viris interfectis lumina civitatis exstincta sunt. Ultus est huius victoriae crudelitatem postea Sulla: ne dici quidem opus est

X. — (23) Ea, pues, romanos: decretada la acción de gracias ante todos los altares, celebrad estos días con vuestras esposas y vuestros hijos. Muchas honras se han considerado justas y debidas a los dioses inmortales, pero sin duda más justas jamás. Habéis sido librados de la más cruel y lamentable matanza, librados sin muertos, sin sangre, sin ejército, sin combates; sin despojaros de vuestra toga, conmigo de toga vestido por guía y capitán, habéis triunfado. Recordad, romanos, todas nuestras discordias civiles, no sólo las que conocéis de oídas, sino las que tenéis en vuestra memoria por haberlas vosotros mismos visto. Lucio Sila dio muerte a Publio Sulpicio, expulsó de Roma a Cayo Mario, defensor de nuestra ciudad, y a muchos hombres ilustres o los desterró o les quitó la vida. El cónsul Cneo Octavio arrojó con las armas a su colega; este lugar en que nos hallamos se cubrió de montones de cadáveres, rebosando sangre de ciudadanos. Triunfó luego Cinna asociado a Mario: con la muerte de preclaros ciudadanos se extinguieron entonces los luminares más brillantes de la ciudad. Vengó pronto Sila la ferocidad de aquella victoria; no necesito recordaros a costa de cuántas

X. — Ob quam rem, Quirites,
quoniam supplicatio
decreta est ad omnia pulvinaria,
celebratote illos dies
cum coniugibus ac liberis vestris.
Nam multi honores iusti ac debiti
habiti sunt saepe
dis immortalibus,
sed profecto
numquam iustiores.
Enim estis erepti
ex interitu crudelissimo ac
miserrimo, erepti sine caede,
sine sanguine, sine exercitu,
sine dimicatione; togati
vicistis, me uno togato
duce et imperatore.
Etenim, Quirites, recordamini
omnes dissensiones civiles,
non solum eas quas audistis,
sed eas quas vosmet ipsi
meministis atque vidistis.
L. Sulla oppressit
P. Sulpicium;
eiecit ex urbe C. Marium,
custodem huius urbis, partimque
eiecit ex civitate, partim
interemit multos viros fortes.
Cn. Octavius consul expulit
ex urbe conlegam armis;
omnis hic locus redundavit
acervis corporum et
sanguine civium.
Cinna cum Mario superavit
postea; tum vero,
interfectis clarissimis viris,
lumina civitatis
exstincta sunt.
Sulla ultus est postea
crudelitatem huius victoriae;
ne quidem est opus
dici quanta
deminutione civium et

X. — Por la cual cosa, quirites,
puesto que una acción de gracias
se ha dispuesto ante todos los altares,
celebrad esos días
con las esposas y los hijos vuestros.
Pues muchas honras justas y debidas
han sido tributadas muchas veces
a los dioses inmortales,
pero, por cierto,
nunca más justas.
Pues habéis sido librados
de una muerte muy cruel y
miserable, librados sin matanzas,
sin sangre, sin ejército,
sin lucha; vestidos de toga
habéis vencido, conmigo solo vestido
por caudillo y general. [de toga
En efecto, quirites, recordad
todas las disensiones civiles,
no sólo las que habéis oído,
sino las que vosotros mismos
habéis conocido y visto.
Lucio Sila abatió
a Publio Sulpicio;
arrojó de la ciudad a Cayo Mario,
protector de esta ciudad, y en parte
privó de la ciudadanía, en parte
mató a muchos hombres honrados.
Cneo Octavio, cónsul, expulsó
de la ciudad a *su* colega por las ar-
todo este lugar rebosó [mas
de montones de cadáveres y
sangre de ciudadanos.
Cinna con Mario venció
después; entonces, verdaderamente,
muertos los más ilustres varones,
las lumbreras de la ciudad
fueron extinguidas.
Sila vengó después
la crueldad de esta victoria;
ni siquiera es necesario
que se diga con cuánta
disminución de ciudadanos y

quanta deminutione civium et quanta calamitate rei publicae. Dissensit M. Lepidus a clarissimo et fortissimo viro, Q. Catulo: attulit non tam ipsius interitus rei publicae luctum quam ceterorum. (25) Atque illae dissensiones erant eius modi, Quirites, quae non ad delendam, sed ad commutandam rem publicam pertinerent. Non illi nullam esse rem publicam, sed in ea quae esset se esse principes, neque hanc urbem conflagrare, sed se in hac urbe florere voluerunt. Atque illae tamen omnes dissensiones, quarum nulla exitium rei publicae quaesivit, eius modi fuerunt, ut non reconciliatione concordiae, sed internecione civium diiudicatae sint. In hoc autem uno post hominum memoriam maximo crudelissimoque bello, quale bellum nulla umquam barbaria cum sua gente gessit, quo in bello lex haec fuit a Lentulo, Gabinio, Cethego, Cassio constituta, ut omnes qui salva urbe salvi esse possent in hostium numero ducerentur, ita me gessi, Quirites, ut salvi omnes conservaremini, et, cum hostes vestri tantum civium superfuturum putássent, quantum infinitae

víctimas ni cuánto estrago para la República. Alzóse Marco Lépido contra el insigne y valeroso Quinto Cátulo y no tanto su muerte como la de los demás conmovió luctuosamente a la República. (25) Mas todas aquellas desavenencias no tendían, quirites, al aniquilamiento de la República, sino a su reforma. No pretendieron aquéllos anonadar el Estado, sino sólo, en el que existía, ser señores; ni reducir esta ciudad a cenizas, sino encumbrarse en ella. Y, sin embargo, todos aquellos conflictos, de los cuales ninguno pretendía la desaparición de la República, fueron de tal arte que se decidieron no con la reconciliación y la concordia, sino con la matanza de conciudadanos. En esta guerra, en cambio, la más terrible y cruel que el hombre recuerda, guerra cual nunca ningún pueblo bárbaro sostuvo entre sus hijos, guerra en la que Léntulo, Gabinio, Cetego y Casio establecieron por ley que todos los que en nuestra ciudad indemne permanecieran sin daño serían considerados como enemigos, me he conducido de tal manera que todos os conservarais a salvo, y, mientras que vuestros enemigos juzgaban que de los ciudadanos sólo habrían de subsistir quienes escaparan a una matanza infinita,

quanta calamitate rei publicae.
M. Lepidus dissensit
a Q. Catulo,
viro clarissimo et fortissimo;
interitus ipsius non attulit
luctum rei publicae
tam quam ceterorum.
Atque omnes illae
dissensiones erant,
Quirites, eius modi, quae
pertinerent, non ad rem publicam
delendam, sed
ad commutandam.
Illi non voluerunt
rem publicam esse nullam,
sed se esse
principes in ea quae esset, neque
hanc urbem conflagrare, sed
se florere in hac urbe.
Atque tamen omnes illae
dissensiones, quarum nulla
quaesivit exitium rei publicae,
fuerunt eius modi, ut
diiudicatae sint, non
reconciliatione concordiae,
sed internecione civium.
Autem in hoc bello uno, maximo
crudelissimoque post memoriam
hominum, bellum quale
nulla barbaria
gessit umquam
cum gente sua, in quo bello
haec lex, ut omnes qui
possent esse salvi salva urbe,
ducerentur
in numero hostium,
constituta est a Lentulo, Gabinio,
Cethego, Cassio,
gessi me ita, Quirites,
ut omnes conservaremini salvi
et servavi et urbem et
cives integros incolumesque,
cum hostes vestri

con cuán gran desastre de la Repú-
Marco Lépido disintió [blica,
de Quinto Cátulo,
hombre preclaro y muy valiente;
la muerte de aquél no trajo
luto a la República
tanto como *la* de los demás.
Y todas aquellas
discordias eran,
quirites, de tal carácter, que
tendían no a que la República
fuera destruida, sino
a que fuera cambiada.
Ellos no quisieron
que la república fuese nula,
sino que ellos fueran
los primeros en la que había, ni
que esta ciudad ardiera, sino
que ellos florecieran en esta ciudad.
Y, sin embargo, todas aquellas
discordias, de las que ninguna
buscó la ruina de la República,
fueron de tal condición que
se arreglaron no
por la reconciliación de la concordia,
sino por la matanza de ciudadanos.
Pero en esta guerra sola, la mayor
y más cruel desde (en) la memoria
de los hombres, guerra cual
ningún pueblo bárbaro
hizo alguna vez (nunca)
con su gente, en la cual guerra
esta ley, *la* de que todos los que
pudieran ser salvos, salva la ciudad,
fueran considerados
en el número de los enemigos,
fue establecida por Léntulo, Gabinio,
Cetego, Casio,
me conduje de manera, quirites,
que todos os conservarais salvos
y guardé no sólo la ciudad, sino
los ciudadanos íntegros e incólumes,
mientras que vuestros enemigos

caedi restitisset, tantum autem urbis, quantum flamma obire non potuisset, et urbem et cives integros incolumesque servavi.

XI. — (26) Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis praemium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulabo praeterquam huius diei memoriam sempiternam. In animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriae, laudis insignia condi et conlocari volo. Nihil me mutum potest delectare, nihil tacitum, nihil denique eius modi, quod etiam minus digni adsequi possint. Memoria vestra, Quirites, nostrae res alentur, sermonibus crescent, litterarum monumentis inveterascent et conroborabuntur; eandemque diem intellego, quam spero aeternam fore, propagatam esse et ad salutem urbis et ad memoriam consulatus mei, unoque tempore in hac re publica duos cives exstitisse, quorum alter fines vestri imperii non terrae, sed caeli regionibus terminaret, alter huius imperii domicilium sedesque servaret.

y de la ciudad sólo lo que la llama no hubiera podido arrasar, yo he conservado sanos y salvos a la ciudad y a los ciudadanos.

XI. — (26) Por tan señalados servicios, romanos, no pienso reclamaros ninguna recompensa a la virtud, ninguna distinción honorífica, ningún trofeo de gloria, sino sólo el recuerdo perenne de este día. Es en el fondo de vuestros corazones donde yo quiero que todos mis triunfos, todas mis galas honrosas, mis emblemas de gloria, mis títulos elogiosos, se asienten y se guarden. Ningún símbolo mudo puede deleitarme, nada inerte, nada, en fin, que esté también al alcance de los menos dignos. Vuestro recuerdo, romanos, sustentará mis obras, vuestras palabras las propagarán, las menciones literarias las perpetuarán robusteciéndolas. Yo creo que este día, cuyo recuerdo espero inmarcesible, ha sido reservado para vuestra salvación y para memoria de mi consulado; al mismo tiempo han surgido en nuestra patria dos hombres: uno de ellos puso los límites de vuestro Imperio no en la tierra, sino en el cielo; el otro ha conservado el domicilio y la sede de este Imperio.

putassent tantum
civium superfuturum
quantum restitisset
caedi infinitae,
autem tantum urbis, quantum
flamma non potuisset obire.

pensaban que tanto de (tantos)
ciudadanos sobrevivirían
cuanto hubiese subsistido
a una matanza interminable,
y tanto de la ciudad cuanto
la llama no hubiese podido invadir.

XI. — Pro quibus tantis
rebus, Quirites,
ego nullum praemium virtutis
postulabo a vobis, nullum
insigne honoris, nullum
monumentum laudis, praeterquam
memoriam sempiternam
huius diei.
Ego volo omnes triumphos meos,
omnia ornamenta honoris,
monumenta gloriae, insignia
laudis, condi et
conlocari in animis vestris.
Nihil mutum, nihil tacitum,
nihil denique eius modi, quod
etiam minus digni possint
adsequi, potest delectare me.
Res nostrae alentur
memoria vestra, Quirites,
crescent sermonibus
inveterascent et conroborabuntur
monumentis litterarum;
intellegoque eandem diem,
quam spero fore aeternam,
propagatam esse et ad salutem
urbis et ad memoriam
consulatus mei,
duosque cives exstitisse
in hac re publica uno tempore,
quorum alter
terminaret fines
imperii vestri
regionibus
non terrae, sed caeli, alter
servaret domicilium sedesque
huius imperii.

XI. — Por los cuales tan grandes
servicios, quirites,
yo ningún premio de (a) la virtud
pediré de (a) vosotros, ninguna
distinción de honor, ningún
monumento de gloria, sino
el recuerdo sempiterno
de este día.
Yo quiero que todos mis triunfos,
todos los distintivos de honor,
los monumentos de gloria, insignias
de alabanza, sean guardados y
colocados en vuestros ánimos.
Nada mudo, nada callado,
nada, en fin, de tal suerte que
también los menos dignos puedan
conseguir, puede deleitarme.
Nuestros hechos se alimentarán
con el recuerdo vuestro, quirites,
crecerán con las conversaciones,
pervivirán y se fortalecerán
con los monumentos de las letras;
y entiendo que este mismo día,
que espero será eterno,
ha sido designado tanto para la salud
de la ciudad como para memoria
del consulado mío,
y que dos ciudadanos han vivido
en esta República al mismo tiempo,
de los que uno
delimitaría las fronteras
de vuestro Imperio
por las regiones
no de la tierra, sino del cielo, el otro
conservaría el domicilio y la sede
de este Imperio.

XII. — (27) Sed quoniam earum rerum quas ego gessi non eadem est fortuna atque condicio quae illorum qui externa bella gesserunt, quod mihi cum iis vivendum est quos vici ac subegi, illi hostes aut interfectos aut oppressos reliquerunt, vestrum est, Quirites, si ceteris facta sua recte prosunt, mihi mea ne quando obsint, providere. Mentes enim hominum audacissimorum sceleratae ac nefariae ne vobis nocere possent, ego providi; ne mihi noceant, vestrum est providere. Quamquam, Quirites, mihi quidem ipsi nihil ab istis iam noceri potest. Magnum enim est in bonis praesidium, quod mihi in perpetuum comparatum est, magna in re publica dignitas, quae me semper tacita defendet, magna vis conscientiae, quam qui neglegunt, cum me violare volent, se indicabunt. (28) Est enim in nobis is animus, Quirites, ut non modo nullius audaciae cedamus, sed etiam omnes improbos ultro semper lacessamus. Quodsi omnis impetus domesticorum hostium depulsus a vobis se in me unum con-

XII. — (27) Pero no es la misma la suerte de mis empresas que la de quienes emprendieron guerras con el extranjero; yo he de vivir forzosamente con los por mí vencidos, y aquéllos dejaron a sus enemigos o muertos o esclavizados; por tanto, es cosa vuestra, romanos, procurar que, ya que a los demás lo que bien hicieron les beneficia, no resulte yo tal vez lastimado. Yo he velado para que los propósitos criminales e impíos de hombres audacísimos no pudieran perjudicaros; que a mí no me dañen, es vuestro deber mirarlo. Aunque en realidad, quirites, a mí personalmente ningún daño puede venirme de éstos; porque, en efecto, grande es entre los buenos el favor que de por vida he ganado, grande la autoridad en la República que, calladamente, me defenderá siempre; grande es la fuerza de la conciencia, y, si alguno la desprecia queriendo maltratarme, se denunciará a sí mismo. (28) Pues es tal, quirites, mi condición de ánimo, que no sólo nunca me doblego ante el atrevimiento de nadie, sino que prefiero acosar espontáneamente a todos los malvados. Y si todo el empuje de los enemigos internos, apartado de vosotros, se resuelve contra mí, a vosotros toca, quirites,

XII.—Sed quoniam fortuna atque condicio earum rerum quas ego gessi non est eadem quae illorum qui gesserunt bella externa, quod vivendum est mihi cum iis quos vici ac subegi, illi reliquerunt hostes, aut interfectos aut oppressos, est vestrum, Quirites, providere, si facta sua prosunt recte ceteris, mea ne mihi obsint quando. Enim ego providi ne mentes sceleratae ac nefariae hominum audacissimorum possent nocere vobis; providere ne noceant mihi est vestrum. Quamquam, Quirites, nihil potest noceri iam mihi ipsi quidem ab istis. Enim praesidium in bonis, quod mihi comparatum est in perpetuum, est magnum, dignitas in re publica, quae me defendet tacita semper, magna; vis conscientiae magna, quam qui neglegunt, cum volent violare me, se indicabunt. Enim is animus, Quirites, est in nobis, ut non modo cedamus audaciae nullius, sed etiam lacessamus semper ultro omnes improbos. Quodsi omnis impetus hostium domesticorum, depulsus a vobis, convorterit se in me unum, providendum erit vobis, Quirites,

XII. — Pero, como la suerte y condición de las cosas que yo hice no es la misma que *la* de aquellos que emprendieron guerras externas, pues yo tengo que vivir con aquellos a quienes vencí y sometí, ellos dejaron a *sus* enemigos o muertos o rendidos, es vuestro (os toca), quirites, cuidar que si sus hechos aprovechan con razón a los demás, los míos no me dañen alguna vez. Pues yo he velado por evitar que los propósitos criminales e infames de hombres osadísimos pudieran dañaros; velar por que no *me* dañen a mí es cosa vuestra. Aunque, quirites, en nada puede dañárse*me* ya a mí mismo al menos por éstos. Pues el apoyo en los buenos, que me ha sido procurado para siempre, es grande; la autoridad en la República, que me defenderá tácita*mente* siempre, grande; la fuerza de la conciencia, grande; la cual quienes desdeñan, cuando quieran maltratarme, se acusarán. Pues tal ánimo, quirites, hay en nosotros, que no sólo *no* cedemos ante la audacia de nadie, sino que también atacamos siempre espontáneamente a todos los malvados. Y si todo el ímpetu de los enemigos domésticos, apartado de vosotros, se volviera contra mí solo, debéis proveer vosotros, quirites,

vorterit, vobis erit providendum, Quirites, qua condicione posthac eos esse velitis qui se pro salute vestra obtulerint invidiae periculisque omnibus: mihi quidem ipsi quid est quod iam ad vitae fructum possit adquiri, cum praesertim neque in honore vestro neque in gloria virtutis quicquam videam altius, quo mihi libeat ascendere? (29) Illud perficiam profecto, Quirites, ut ea quae gessi in consulatu, privatus tuear atque ornem, ut, si qua est invidia in conservanda re publica suscepta, laedat invidos, mihi valeat ad gloriam. Denique ita me in republica tractabo, ut meminerim semper quae gesserim, curemque ut ea virtute, non casu gesta esse videantur. Vos, Quirites, quoniam iam est nox, venerati Iovem illum custodem huius urbis ac vestrum, in vestra tecta discedite et ea, quamquam iam est periculum depulsum, tamen, aeque ac priore nocte custodiis vigiliisque defendite. Id ne vobis diutius faciendum sit atque ut in perpetua pace esse possitis, providebo.

proveer en qué situación queréis que en adelante queden quienes por vuestro bienestar se aventuren contra el odio y todos los peligros; en cuanto a mí personalmente, ¿qué nuevo atractivo puede ofrecerme la vida, sobre todo cuando ya, ni en el honor que vosotros me otorgáis ni en el galardón que la virtud merece, encuentro una cima más alta adonde me apetezca remontarme? (29) Yo me esforzaré, os lo aseguro, romanos, en mi vida privada, en salvaguardar y enaltecer mi labor consular para que, si la salvación de la República me ha deparado envidias, hieran a los envidiosos y a mí me sirvan de gloria. Por último, mi vida pública será guiada por el recuerdo de mis servicios y por la preocupación de demostrar que han sido obra de la virtud, no de la fortuna. En cuanto a vosotros, quirites, puesto que ya es de noche, honrad con vuestra veneración a este Júpiter, custodio de esta ciudad y de vosotros; retiraos luego a vuestras casas y, aunque el peligro ha sido alejado, defendedlas, sin embargo, igual que anoche, con guardias y centinelas. Yo velaré por que no hayáis de hacerlo demasiado tiempo y podáis gozar de perpetua paz.

qua condicione velitis eos
qui se obtulerint invidiae
omnibusque periculis pro
vestra salute, esse posthac;
mihi ipsi quidem,
quid est quod possit adquiri
iam ad fructum vitae,
praesertim cum,
neque in vestro honore,
neque in gloria virtutis,
videam quicquam altius,
quo mihi libeat ascendere?
Perficiam profecto,
Quirites, illud,
ut privatus tuear atque
ornem ea quae gessi
in consulatu,
ut, si qua invidia
suscepta est
in re publica conservanda, laedat
invidos, valeat
mihi ad gloriam.
Denique me tractabo
in republica ita,
ut meminerim semper
quae gesserim, curemque ut
ea videantur gesta esse
virtute, non casu.
Vos, Quirites, quoniam
est iam nox,
venerati illum Iovem,
custodem huius urbis
ac vestrum,
discedite in tecta vestra et
defendite ea, quamquam
periculum est depulsum
iam, tamen aeque ac nocte
priore custodiis vigiliisque.
Providebo id ne
faciendum sit vobis
diutius atque ut
possitis esse
in pace perpetua.

en qué condición queréis que los
que se expusieron al odio
y a todos los peligros por
vuestra salvación estén en adelante;
en cuanto a mí mismo, ciertamente,
¿qué hay que pueda adquirirse
ya para el goce de la vida,
sobre todo cuando
ni en vuestro aprecio
ni en la gloria de la virtud
veo algo (nada) más elevado,
adonde me agrade ascender?
Cumpliré de seguro,
quirites, esto,
que *como* un particular mantenga y
honre las cosas que hice
en el consulado,
para que, si algún odio
ha sido creado
en salvar la República, perjudique
a los envidiosos, *me* valga
a mí para gloria.
En fin, me comportaré
en los asuntos públicos de modo
que recuerde siempre
lo que he hecho y cuide de que
ello parezca que ha sido hecho
por virtud, no por casualidad.
Vosotros, quirites, puesto que
es ya noche,
habiendo venerado a aquel Júpiter,
custodio de esta ciudad
y de vosotros,
retiraos a vuestras casas y
defendedlas, aunque
el peligro está alejado
ya, sin embargo, igual que la noche
precedente con guardias y centinelas.
Cuidaré de que esto no
tenga que ser hecho por vosotros
más tiempo y de que
podáis estar
en paz perpetua.

CUARTA CATILINARIA

ORATIO QUARTA

I. — (1) Video, patres conscripti, in me omnium vestrum ora atque oculos esse conversos: video vos non solum de vestro ac rei publicae, verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucunda in malis et grata in dolore vestra erga me voluntas, sed eam, per deos immortales, deponite atque, obliti salutis meae, de vobis ac de vestris liberis cogitate. Mihi si haec condicio consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem, feram non solum fortiter, verum etiam libenter, dum modo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas salusque pariatur. (2) Ego sum ille consul, patres conscripti, cui non forum, in quo omnis aequitas continetur, non campus consularibus auspiciis consecratus, non curia, summum

I. — (1) Veo, padres conscriptos, fijos en mí vuestros ojos; veo vuestra congoja no sólo ante el peligro que a vosotros y a la República amenaza, sino también, aun alejado aquél, ante el mío. Es dulce en las desgracias y grato en el dolor el afecto que por mí sentís; mas, por los dioses inmortales, desechadlo; olvidaos de mi salvación y pensad en vosotros y en vuestros hijos. Yo, si el consulado se me ha dado a condición de padecer todas las amarguras, todos los dolores y tormentos, los sufriré no sólo con valor, sino también gozosamente, si mis fatigas han de depararos a vosotros y al pueblo romano gloria y bienestar. (2) Yo soy, padres conscriptos, aquel cónsul para quien ni el foro, asiento de toda justicia, ni el campo de Marte, sagrado por los auspicios consulares, ni la curia,

CUARTO DISCURSO

I. — Video ora atque oculos
omnium vestrum,
patres conscripti,
conversos (esse) in me; video
vos esse sollicitos
non solum de periculo vestro ac
rei publicae, verum etiam, si id
depulsum sit, de meo.
Vestra voluntas erga me est mihi
iucunda in malis et grata
in dolore, sed, per deos
immortales, deponite eam atque,
obliti salutis meae, cogitate
de vobis ac de liberis vestris.
Si haec condicio consulatus
data est mihi, ut perferrem
omnes acerbitates,
omnes dolores
cruciatusque, feram non solum
fortiter, verum etiam libenter,
dum modo dignitas salusque
pariatur vobis
populoque
Romano laboribus meis.
Ego, patres conscripti, sum
ille consul, cui non forum,
in quo omnis aequitas continetur,
non campus
consecratus auspiciis
consularibus, non curia, summum

I. — Veo los rostros y los ojos
de todos vosotros,
padres conscriptos,
vueltos hacia mí; veo
que vosotros estáis preocupados
no sólo por el peligro vuestro y
de la República, sino también, si éste
es alejado, por el mío.
Vuestra voluntad hacia mí es para mí
placentera en los males y grata
en el dolor, pero, por los dioses
inmortales, dejadla y,
olvidados de mi salvación, cuidaos
de vosotros y de vuestros hijos.
Si esta condición del consulado
me ha sido impuesta, que sufriera
todas las amarguras,
todos los dolores
y tormentos, *los* soportaré no sólo
firme, sino también gustosamente,
siempre que la dignidad y la salud
sea engendrada para vosotros
y para el pueblo
romano con mis trabajos.
Yo, padres conscriptos, soy
aquel cónsul, a quien no el foro,
en que toda equidad se contiene,
no el campo *de Marte,*
consagrado por los auspicios
consulares, nó la curia, supremo

auxilium omnium gentium, non domus, commune perfugium, non lectus ad quietem datus, non denique haec sedes honoris, sella curulis, umquam vacua mortis periculo atque insidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam dolore in vestro timore sanavi. Nunc, si hunc exitum consulatus mei di immortales esse voluerunt, ut vos populumque Romanum ex caede miserrima, coniuges liberosque vestros virginesque Vestales ex acerbissima vexatione, templa atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium nostrum ex foedissima flamma, totam Italiam ex bello et vastitate eriperem, quaecumque mihi uni proponetur fortuna, subeatur.

II. — Etenim, si P. Lentulus suum nomen, inductus a vatibus, fatale ad perniciem rei publicae fore putavit, cur ego non laeter meum consulatum ad salutem populi Romani prope fatalem exstitisse? (3) Quare, patres conscripti, consulite vobis, prospicite patriae, conservate vos, coniuges, libe-

supremo amparo de todos los pueblos, ni la casa, refugio para todos, ni el lecho al reposo destinado, ni siquiera esta silla curul, sitial honroso, estuvieron nunca exentos de mortales riesgos y asechanzas. A muchas cosas he callado, muchas he sufrido, en muchas he cedido, muchas con profundo dolor, temeroso por vosotros, he sanado. Ahora, si es voluntad de los dioses inmortales que el término de mi consulado sea haberos arrancado a vosotros y al pueblo romano de la más mísera muerte, a vuestras esposas e hijos y a las vírgenes vestales de la más amarga vejación, a los templos y santuarios y a esta patria hermosísima de todos nosotros de un horroroso incendio, cualquiera que sea la suerte que ante mí se ponga, venga a mi encuentro.

II. — Y si Publio Léntulo, inducido por agoreros, ha creído su nombre escogido por el hado para la ruina de la República, ¿por qué no he de alegrarme yo de que mi consulado haya sido como señalado por el destino para la salvación del pueblo romano? (3) Por tanto, senadores, mirad por vosotros, velad por la patria, procurad salvaros a vosotros, a vuestras mujeres, a vuestros hijos

auxilium omnium gentium,
non domus, perfugium commune,
non lectus datus ad quietem,
non denique haec sedes honoris,
sella curulis,
fuit umquam vacua
periculo mortis
atque insidiis.
Ego tacui multa,
pertuli multa,
concessi multa, sanavi
multa in timore vestro
quodam dolore meo.
Nunc, si di immortales
voluerunt
exitum consulatus mei esse hunc,
ut eriperem vos
populumque Romanum
ex caede miserrima,
coniuges liberosque vestros
virginesque Vestales
ex vexatione acerbissima,
templa atque delubra,
hanc patriam pulcherrimam
omnium nostrum
ex flamma foedissima, Italiam
totam ex bello et vastitate,
quaecumque fortuna
proponetur mihi uni,
subeatur.

II. — Etenim, si P. Lentulus,
inductus a vatibus, putavit
nomen suum fore fatale
ad perniciem rei publicae,
cur ego non laeter
consulatum meum
exstitisse prope fatalem
ad salutem populi Romani?
Quare, patres conscripti,
consulite vobis, prospicite
patriae, conservate vos,
coniuges,

auxilio de todas las gentes,
no la casa, refugio común,
no el lecho dado para el descanso,
no, finalmente, esta sede de honor,
la silla curul,
estuvo alguna vez libre
del peligro de muerte
y de emboscadas.
Yo he callado muchas cosas,
he sufrido muchas,
he cedido en muchas, he sanado
muchas en el temor vuestro
con algún dolor mío.
Ahora, si los dioses inmortales
han querido
que el fin de mi consulado sea éste,
que *os* arrebatara a vosotros
y al pueblo romano
de una muerte miserabilísima,
a vuestras esposas e hijos
y a las vírgenes vestales
de una vejación cruelísima,
los templos y santuarios,
esta patria hermosísima
de todos nosotros
de un incendio horroroso, a Italia
entera de la guerra y la devastación,
cualquier suerte que
se *me* reserve a mí solo,
sea arrostrada.

II. — En efecto, si Publio Léntulo,
inducido por los adivinos, creyó
que su nombre sería fatídico
para la ruina de la República,
¿por qué yo no he de alegrarme
de que mi consulado
haya resultado casi fatal
para la salvación del pueblo romano?
Por esto, padres conscriptos,
mirad por vosotros, velad por
la patria, conserva*os* a vosotros,
a las esposas,

ros fortunasque vestras; populi Romani nomen salutemque defendite; mihi parcere ac de me cogitare desinite. Nam primum debeo sperare omnes deos, qui huic urbi praesident, pro eo mihi, ac mereor, relaturos esse gratiam; deinde, si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar. Nam neque turpis mors forti viro potest accidere neque immatura consulari nec misera sapienti. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi atque amantissimi praesentis moerore non movear horumque omnium lacrimis, a quibus me circumsessum videtis. Neque meam mentem non domum saepe revocat exanimata uxor et abiecta metu filia et parvulus filius, quem mihi videtur amplecti res publica tamquam obsidem consulatus mei, neque ille, qui, exspectans huius exitum diei, stat in conspectu meo, gener. Moveor his rebus omnibus, sed in eam partem, uti salvi sint vobiscum omnes, etiamsi me vis aliqua oppresserit, potius quam et illi et nos una rei publicae peste pereamus.

y vuestros patrimonios; defended el nombre y la existencia del pueblo romano; en cuanto a mí, no os inquietéis ni os preocupéis ya más. Pues, en primer lugar, debo esperar que todos los dioses que a nuestra ciudad custodian, según mis méritos, me recompensarán; y luego, si algo sucediere, moriré con ánimo sereno y resuelto. Pues no le puede al hombre intrépido sorprender una muerte ignominiosa, ni temprana a quien fue cónsul, ni infortunada al sabio. Pero yo no soy, sin embargo, un hombre de hierro a quien no conmueva la presencia afligida de este mi querido y muy amado hermano y las lágrimas de todos estos que veis apretados en torno mío. Muchas veces también mi pensamiento vuela a mi casa, a donde me llaman mi esposa desfalleciente, mi hija estremecida, mi hijo pequeñuelo, que me parece que la República considera como rehén de mi consulado; otras es mi yerno, que, enfrente de mí, espera el resultado de los acontecimientos. Me embargan, sí, todos estos sentimientos, mas sólo para desear que ellos se salven con vosotros, aunque yo sucumbiera a una desgracia, antes que perecer a una, ellos y nosotros, en la ruina común.

liberos, fortunasque vestras;
defendite nomen salutemque
populi Romani; desinite
parcere mihi ac
cogitare de me.
Nam primum debeo sperare omnes
deos, qui praesident huic urbi,
relaturos esse mihi gratiam
pro eo, ac mereor;
deinde, si quid obtigerit,
moriar animo aequo
paratoque.
Nam neque mors turpis potest
accidere viro forti,
neque immatura consulari,
nec misera sapienti.
Nec tamen ego sum ille
ferreus, qui non
movear moerore
carissimi atque
amantissimi fratris
praesentis lacrimisque
omnium horum, a quibus
me videtis circumsessum.
Neque uxor exanimata
non revocat saepe
mentem meam domum,
et filia abiecta metu,
et filius parvulus, quem
res publica mihi videtur
amplecti tamquam obsidem
mei consulatus,
neque ille, gener,
qui, exspectans
exitum huius diei,
stat in meo conspectu.
Moveor omnibus his rebus, sed
in eam partem, uti omnes sint
salvi vobiscum,
etiamsi aliqua vis
oppresserit me, potius quam
et illi et nos pereamus
una peste rei publicare.

hijos y bienes vuestros;
defended el nombre y la salvación
del pueblo romano; dejad de
inquietaros por mí y
de cuidar de mí.
Pues primero debo esperar que todos
los dioses que custodian esta ciudad
han de devolverme el beneficio
según merezca;
luego, si algo sucede,
moriré con ánimo sereno
y preparado.
Pues ni una muerte vergonzosa puede
ocurrir a un hombre animoso
ni temprana a un ex cónsul,
ni miserable a un sabio.
Tampoco, sin embargo, yo soy tal
hombre de hierro, que no
me conmueva por la pena de *mi*
muy querido y
amantísimo hermano
presente y por las lágrimas
de todos éstos por quienes
me veis rodeado.
Ni *mi* esposa exánime
no llama muchas veces
mi pensamiento al hogar,
y la hija abatida por el miedo,
y el hijo pequeñito, a quien
la República me parece
abrazar como a rehén
de mi consulado,
ni aquél, *mi* yerno,
que esperando
la terminación de este día,
está en mi presencia.
Me muevo por todas estas cosas, pero
en este sentido, que todos sean
salvos con vosotros,
aunque alguna fuerza
me aplaste, mejor que
tanto ellos como nosotros perezcamos
en el común desastre de la República.

(4) Quare, patres conscripti, incumbite ad salutem rei publicae, circumspicite omnes procellas, quae impendent, nisi providetis. Non Ti. Gracchus, quod iterum tribunus plebis fieri voluit, non C. Gracchus, quod agrarios concitare conatus est, non L. Saturninus, quod C. Memmium occidit, in discrimem aliquod atque in vestrae severitatis iudicium adducitur: tenentur ii, qui ad urbis incendium, ad vestram omnium caedem, ad Catilinam accipiendum Romae restiterunt; tenentur litterae, signa, manus, denique unius cuiusque confessio; sollicitantur Allobroges, servitia excitantur, Catilina accersitur; id est initum consilium, ut, interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem populi Romani nomen atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur.

III. — (5) Haec omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iam iudiciis iudicavistis; primum quod mihi gratias egistis singularibus verbis et mea virtute atque diligentia perditorum hominum coniurationem patefactam esse

(4) Por lo tanto, padres conscriptos, aplicaos a la salvación de la República, observando en torno vuestro las borrascas que se ciernen sobre nosotros si no veláis. Ya no son Tiberio Graco, por querer ser reelegido tribuno de la plebe, ni Cayo Graco, por intentar la revuelta de los campesinos, ni Lucio Saturnino, por el asesinato de Cayo Memio, los emplazados para someterse a vuestro severo juicio; están apresados quienes permanecieron en Roma para incendiarla, para asesinaros a vosotros, para abrir las puertas a Catilina; hemos interceptado las cartas por ellos selladas y escritas, tenemos la confesión de cada uno; se instiga a los alóbroges, se provoca a los esclavos, se llama a Catilina; éstas son sus decisiones, que, muertos todos, nadie quede ni siquiera para deplorar el nombre del pueblo romano ni para lamentar la catástrofe de tan vasto Imperio.

III. — (5) Todo esto lo han delatado los testigos, lo han confesado los reos; sobre ello vosotros os habéis pronunciado en muchas ocasiones, primero cuando a mí os mostrasteis reconocidos con palabras singulares, declarando que, merced a mi diligencia, fue descubierta esta conspiración de malhechores; luego, cuando obligasteis

Quare, patres conscripti,
incumbite ad salutem
rei publicae,
circumspicite omnes procellas,
quae impendent, nisi providetis.
Non Ti. Gracchus, quod voluit
fieri iterum tribunus
plebis, non C. Gracchus,
quod conatus est
concitare agrarios, non
L. Saturninus, quod occidit
C. Memmium, adducitur in
aliquod discrimen atque iudicium
vestrae severitatis; ii, qui
restiterunt Romae ad
incendium urbis,
ad caedem omnium vestram,
ad accipiendum Catilinam,
tenentur; litterae, signa,
manus, denique
confessio unius cuiusque
tenentur;
Allobroges sollicitantur,
servitia excitantur,
Catilina accersitur;
id consilium initum est,
ut, interfectis omnibus, nemo
relinquatur, ne quidem
ad deplorandum
nomen populi Romani
atque lamentandam calamitatem
tanti imperii.

Por tanto, padres conscriptos,
aplicaos a la salvación
de la República,
observad todas las tormentas
que amenazan si no veláis.
No Tiberio Graco, porque quiso
ser hecho segunda vez tribuno
de la plebe; no Cayo Graco
porque intentó
sublevar a los agrarios; no
Lucio Saturnino, porque mató
a Cayo Memio, es (son) traído(s) a
algún debate y juicio
de vuestra severidad; éstos, que
quedaron en Roma para
el incendio de la ciudad,
para la muerte de todos vosotros,
para recibir a Catilina,
están cogidos; las cartas, los sellos,
la escritura, en una palabra,
la confesión de cada uno
están ocupadas;
los alóbroges son solicitados,
los esclavos son excitados,
Catilina es llamado;
esta resolución ha sido adoptada,
que, matados todos, nadie
quede ni siquiera
para deplorar
el nombre del pueblo romano
y lamentar la ruina
de tan gran Imperio.

III. — Indices detulerunt
omnia haec,
rei confessi sunt, vos
iudicavistis iam multis
iudiciis, primum quod mihi
egistis gratias verbis
singularibus et decrevistis
coniurationem hominum
perditorum patefactam esse
mea virtute atque diligentia;

III. — Los acusadores denunciaron
todas estas cosas,
los reos *las* han confesado, vosotros
las habéis juzgado ya en muchas
sentencias, primero porque me
habéis dado gracias con palabras
singulares y habéis fallado
que una conjuración de hombres
corrompidos ha sido descubierta
por mi valor y diligencia;

decrevistis; deinde quod P. Lentulum se abdicare praetura coegistis, tum quod eum et ceteros, de quibus iudicastis, in custodiam dandos censuistis, maximeque quod meo nomine supplicationem decrevistis, qui honos togato habitus ante me est nemini; postremo hesterno die praemia legatis Allobrogum Titoque Volturcio dedistis amplissima. Quae sunt omnia eius modi, ut ii, qui in custodiam nominatim dati sunt, sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur.

(6) Sed ego institui referre ad vos, patres conscripti, tamquam integrum, et de facto quid iudicetis et de poena quid censeatis. Illa praedicam, quae sunt consulis. Ego magnum in re publica versari furorem et nova quaedam misceri et concitari mala iam pridem videbam, sed hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem a civibus numquam putavi. Nunc quicquid est, quocumque vestrae mentes inclinant atque sententiae, statuendum vobis ante noctem est. Quantum facinus ad vos delatum sit, videtis. Huic si paucos putatis adfines

a Publio Léntulo a resignar la pretura; después, cuando contra él y los demás reos de vuestra justicia pronunciasteis sentencia de reclusión, y principalmente cuando en mi honor decretasteis acción de gracias, honra que, antes de mí, a ninguna persona civil se ha concedido; por último, ayer mismo recompensasteis con toda generosidad a los diputados alóbroges y a Tito Volturcio. Todo ello tiene tal carácter, que quienes expresamente han sido puestos bajo vigilancia parecen, sin ninguna duda, condenados por vosotros.

(6) Pero era mi intención, padres conscriptos, pediros, como si de algo aún no conocido se tratara, vuestro juicio sobre el hecho y vuestra decisión sobre el castigo. Hablaré primero como cónsul. Notaba yo, tiempo hacía, que una agitación violentísima se extendía por la República y que nuevos y desconocidos males se urdían y provocaban; pero que tan enorme y perniciosa conjuración fueran ciudadanos quienes la tramaban, nunca llegué a sospecharlo. Ahora, sea lo que sea, a dondequiera que vuestros sentimientos y vuestras opiniones os empujen, debéis pronunciaros antes de la noche. Cuán grave es el delito que se os ha denunciado, viéndolo estáis. Si creéis

deinde quod coegistis
P. Lentulum
abdicare se praetura; tum
quod censuistis eum et ceteros,
de quibus iudicastis,
dandos in custodiam,
maximeque quod decrevistis
supplicationem nomine meo,
qui honos habitus est
nemini togato ante me;
postremo
dedistis die hesterno
praemia amplissima legatis
Allobrogum Titoque Volturcio.
Quae omnia sunt eius modi,
ut ii, qui dati sunt
nominatim in custodiam,
videantur esse damnati
a vobis sine ulla dubitatione.
Sed ego
institui referre
ad vos, patres conscripti,
tamquam integrum,
et quid iudicetis de facto,
et quid censeatis de poena.
Praedicam illa, quae
sunt consulis. Ego videbam
iam pridem magnum
furorem versari in re publica
et quaedam nova misceri
et mala concitari,
sed numquam
putavi hanc tantam,
tam exitiosam coniurationem
haberi a civibis.
Nunc, quidquid est,
quocumque
vestrae mentes atque sententiae
inclinant, statuendum est
vobis ante noctem.
Videtis quantum facinus
delatum sit ad vos.
Si putatis paucos esse adfines

luego porque obligasteis
a Publio Léntulo
a despojarse de la pretura; después
porque decretasteis que él y los otros
sobre quienes os habéis pronunciado
deben ser puestos bajo vigilancia;
y principalmente porque habéis de-
una plegaria en mi nombre, [cretado
el cual honor *no* se ha concedido
a ningún togado antes que a mí;
por último,
habéis dado en el día de ayer
premios magníficos a los legados
de los alóbroges y a Tito Volturcio.
Las cuales cosas todas son de tal suerte
que aquellos que han sido puestos
nominalmente en vigilancia
parecen haber sido condenados
por vosotros sin alguna duda.
Pero yo
me he propuesto poner de nuevo
ante vosotros, padres conscriptos,
como *si estuviera* intacto,
tanto lo que juzguéis del hecho
como lo que decidáis del castigo.
Diré primero aquellas cosas que
son *propias* de un cónsul. Yo veía
ya hace tiempo que una gran
locura se extendía en la República
y ciertas cosas nuevas se preparaban
y males se provocaban,
pero nunca
creí que esta tan grande,
tan catastrófica conjuración
fuera urdida por ciudadanos.
Ahora, lo que quiera que sea,
a donde quiera que
vuestros pensamientos y opiniones
os inclinen, se ha de resolver
por vosotros antes de la noche.
Veis cuán gran delito
ha sido denunciado ante vosotros.
Si pensáis que pocos son afines

esse, vehementer erratis. Latius opinione disseminatum est hoc malum: manavit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes et obscure serpens multas iam provincias occupavit. Id opprimi sustentando et prolatando nullo pacto potest; quacumque ratione placet, celeriter vobis vindicandum est.

IV. — (7) Video duas adhuc esse sententias, unam D. Silani, qui censet eos, qui haec delere conati sunt, morte esse multandos; alteram C. Caesaris, qui mortis poenam removet, ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur. Uterque et pro dignitate et pro rerum magnitudine in summa severitate versatur. Alter eos, qui nos omnes, qui populum Romanum vita privare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen exstinguere, punctum temporis frui vita et hoc communi spiritu non putat oportere atque hoc genus poenae saepe in improbos cives in hac re publica esse usurpatum recordatur. Alter intellegit mortem a dis immor-

sus seguidores pocos, os equivocáis profundamente. Más de lo que se cree se ha esparcido este mal; se ha difundido por Italia y, aún más, ha traspuesto los Alpes, y, deslizándose furtivamente, ha invadido ya muchas provincias. Reprimirlo con paliativos o dilaciones es de todo punto imposible. Como quiera que decidáis, hay que atacar con rapidez.

IV. — (7) Veo, hasta ahora, dos pareceres: uno de Decio Silano, quien opina que quienes han intentado demoler todo esto han de ser condenados a muerte; otro es el de Cayo César, quien, aunque repudia la pena de muerte, propugna todos los otros suplicios en su máximo rigor. Uno y otro, tanto por principio de autoridad como por la gravedad de los hechos, se mantienen dentro de una severidad inexorable. El uno cree que quienes a todos nosotros, que quienes al pueblo romano han intentado privar de la vida, arrasar el Imperio y sepultar el nombre de Roma, no deben ni un instante más disfrutar de la vida ni de este aire que respiramos, y recuerda que este castigo se ha empleado con frecuencia en esta República contra los ciudadanos desalmados. El otro entiende que la muerte no ha

huic, erratis vehementer.
Hoc malum disseminatum est
latius opinione;
manavit non solum
per Italiam, verum etiam
transcendit Alpes et serpens
obscure occupavit iam
multas provincias.
Id nullo pacto
potest opprimi
sustentando et prolatando;
quacumque ratione placet,
vindicandum est vobis
celeriter.

a éste, os equivocáis grandemente.
Este mal se ha diseminado
más ampliamente que lo creíble;
se ha difundido no sólo
por Italia, sino que también
ha atravesado los Alpes y serpeando
oscuramente ha ocupado ya
muchas provincias.
Esto de ninguna manera
puede ser sofocado
resistiendo y aplazando;
de cualquier manera que plazca,
ha de ser castigado por vosotros
rápidamente.

IV.—Video duas sententias esse
adhuc, unam D. Silani,
qui censet
eos, qui conati sunt
delere haec,
multandos esse morte,
alteram C. Caesaris,
qui removet poenam
mortis, amplectitur omnes
acerbitates ceterorum
suppliciorum. Uterque versatur
in summa severitate, et pro
dignitate et pro magnitudine
rerum. Alter non
putat oportere eos
qui conati sunt privare vita
omnes nos,
(qui) populum Romanum
qui delere imperium,
(qui) exstinguere nomen
populi Romani, frui
punctum temporis vita
et hoc spiritu communi atque
recordatur hoc genus poenae
usurpatum esse saepe
in cives improbos
in hac re publica.
Alter intellegit mortem non

IV. — Veo que dos opiniones hay
aún, una de Decio Silano,
que juzga
que los que han intentado
destruir estas cosas
deben ser castigados con la muerte;
otra de Cayo César,
que descarta la pena
de muerte, adopta todos
los rigores de los demás
suplicios. Ambos se mantienen
en grandísima severidad tanto por
su dignidad como por la gravedad
de las circunstancias. Uno no
cree que convenga que aquellos
que han intentado privar de la vida
a todos nosotros,
al pueblo romano,
que *han intentado* destruir el Imperio,
extinguir el nombre
del pueblo romano, disfruten
un momento de tiempo de la vida
y de este aire común y
recuerda que esta clase de castigo
ha sido aplicado frecuentemente
contra los ciudadanos malvados
en esta República.
El otro entiende que la muerte no

talibus non esse supplicii causa constitutam, sed aut necessitatem naturae aut laborum ac miseriarum quietem. Itaque eam sapientes numquam inviti, fortes saepe etiam libenter oppetiverunt. Vincula vero, et ea sempiterna, certe ad singularem poenam nefarii sceleris inventa sunt. Municipiis dispertiri iubet; habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis, difficultatem, si rogare. (8) Decernatur tamen, si placet. Ego enim suscipiam et, ut spero, reperiam, qui id quod salutis omnium causa statueritis, non putent esse suae dignitatis recusare. Adiungit gravem poenam municipibus si quis eorum vincula ruperit, horribiles custodias circumdat et dignas scelere hominum perditorum; sancit, ne quis eorum poenam, quos condemnat, aut per senatum aut per populum levare possit; eripit etiam spem, quae sola homines in miseriis consolari solet; bona praeterea publicari iubet: vitam solam relinquit nefariis hominibus, quam si eripuisset, multos una dolores animi atque corporis et omnes scelerum

sido establecida por los dioses inmortales como castigo, sino como exigencia de la naturaleza o como reposo de fatigas y miserias; por eso nunca los sabios la afrontan afligidos, los fuertes muchas veces jubilosos. Pero la cárcel, y ésta de por vida, sí fue inventada como castigo singular de crímenes nefandos. Propone César que se les distribuya entre los municipios; esto parece ilegal si se intenta obligarles, difícil si se les suplica. (8) Decrétese, no obstante, si place. Por mi parte, yo lo acepto y espero encontrar quienes no crean decoroso recusar lo que por el bien común estatuyáis. Propone además severos castigos contra los habitantes de los municipios en el caso de que alguno quebrase sus cadenas; los rodea de una vigilancia terrible, digna del crimen de hombres incorregibles; determina que nadie pueda apelar ni al senado ni al pueblo para aliviar su condena; les arrebata, también, la esperanza, único consuelo del hombre en la desventura; ordena además la confiscación de sus bienes; sólo la vida les deja a tales malvados, vida que si les quitara libertaríales de una vez de muchos dolores de alma y cuerpo y de todas las penas debidas a su crimen. Y así, para infundir en

constitutam esse a dis
immortalibus causa supplicii,
sed aut necessitatem
naturae aut
quietem laborum ac miseriarum
Itaque sapientes numquam
oppetiverunt eam inviti,
fortes saepe
etiam libenter.
Vincula vero, et ea sempiterna,
inventa sunt certe
ad poenam singularem
sceleris nefarii.
Iubet dispertiri
municipiis;
ista res videtur habere
iniquitatem, si velis imperare,
difficultatem, si rogare.
Decernatur tamen, si placet.
Ego enim suscipiam,
et, ut spero,
reperiam, qui non putent esse
suae dignitatis recusare id, quod
statueritis causa salutis
omnium. Adiungit gravem
poenam
municipibus
si quis ruperit vincula eorum,
circumdat custodias horribiles
et dignas scelere hominum
perditorum; sancit
ne quis, aut per senatum
aut per populum, possit levare
poenam eorum quos condemnat;
eripit etiam spem, quae
solet sola consolari homines
in miseriis; iubet praeterea
bona publicari;
relinquit hominibus nefariis
vitam solam, quam si eripuisset,
ademisset una multos
dolores animi atque corporis
et omnes poenas scelerum.

ha sido instituida por los dioses
inmortales por causa de castigo,
sino o *como* necesidad
de la naturaleza o *como*
descanso de fatigas y miserias.
Así, los sabios nunca
la han afrontado con repugnancia,
los fuertes muchas veces
aun gustosamente.
Las cadenas empero, y éstas perpetuas,
han sido ideadas ciertamente
para castigo singular
del crimen nefando.
Propone que sean distribuidos
a los municipios;
esta cosa parece contener
una injusticia si quieres ordenar*la*,
una dificultad, si pedir*la*.
Decrétese sin embargo, si place.
Yo, en efecto, *la* aceptaré,
y, como espero,
encontraré quienes no crean que es
de su dignidad rehusar lo que
determinareis a causa de la salvación
de todos. Añade un grave
castigo
a los habitantes de los municipios
si alguno rompe las cadenas de ellos;
pone alrededor guardias horribles
y dignas del crimen de hombres
perversos; estatuye
que nadie, o por medio del senado
o por el pueblo, pueda aliviar
el castigo de aquellos que condena;
les quita también la esperanza, que
suele sola consolar a los hombres
en las miserias; manda además
que los bienes sean confiscados;
deja a *esos* hombres infames
la vida sola, que si hubiera arrancado,
habría suprimido al tiempo muchos
dolores de alma y cuerpo
y todas las penas de los crímenes.

poenas ademisset. Itaque, ut aliqua in vita formido improbis esset proposita, apud inferos eius modi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt, quod videlicet intellegebant, his remotis, non esse mortem ipsam pertimescendam.

V. — (9) Nunc, patres conscripti, ego mea video quid intersit: si eritis secuti sententiam C. Caesaris, quoniam hanc is in re publica viam, quae popularis habetur, secutus est, fortasse minus erunt, hoc auctore et cognitore huiusce sententiae, mihi populares impetus pertimescendi; sin illam alteram, nescio an amplius mihi negotii contrahatur; sed tamen meorum periculorum rationes utilitas rei publicae vincat. Habemus enim a Caesare, sicut ipsius dignitas et maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam tamquam obsidem perpetuae in rem publicam voluntatis; intellectum est, quid interesset inter levitatem concionatorum et animum vere popularem saluti populi consulentem. (10) Video de istis, qui se populares haberi volunt, abesse non neminem, ne de ca-

esta vida a los malos un cierto espanto, quisieron los antiguos que en los infiernos hubiera suplicios prescritos para los impíos, pues evidentemente entendían que, si éstos se suprimían, la muerte en sí no tenía por qué ser temida.

V. — (9) Ahora, padres conscriptos, veo qué propuesta me interesa: si seguís la opinión de Cayo César, como éste ha seguido en política el partido considerado popular, he de temer quizá menos, con tal promotor y patrocinador de esta propuesta, las iras populares; si preferís aquella otra, no sé si mi peligro será mayor; venza, sin embargo, a la consideración de mi riesgo la conveniencia de la República. Tenemos, pues, por parte de César, según su propia dignidad y el honor de sus antepasados exigían, una sentencia que es prenda de su firme amor a la República; nos da a entender la distancia que hay entre la ligereza de unos demagogos y el ánimo verdaderamente popular de los que miran por el bien del pueblo. (10) Veo que entre quienes pretenden la consideración de amigos del pueblo falta aquí alguno; sin duda para evitar pronunciar una sen-

Itaque, ut aliqua formido
proposita esset improbis
in vita, illi antiqui
voluerunt quaedam
supplicia eius modi
essent constituta impiis
apud inferos, quod videlicet
intellegebant,
remotis his, mortem ipsam
non pertimescendam esse.

Y así, para que algún espanto
representado fuese a los ímprobos
en la vida, aquellos antiguos
quisieron que ciertos
suplicios de esa suerte
fueran establecidos para los impíos
en los infiernos, porque evidentemente
entendían que,
suprimidos éstos, la muerte misma
no había de ser temida.

V. — Nunc, patres conscripti,
ego video quid intersit mea;
si secuti eritis sententiam
C. Caesaris, quoniam secutus est
in re publica hanc viam, quae
habetur popularis,
fortasse, hoc
auctore et cognitore huius
sententiae, impetus populares
pertimescendi erunt mihi minus;
sin illam alteram, nescio an
amplius negotii
contrahatur mihi;
sed tamen utilitas
rei publicae
vincat rationes
periculorum meorum.
Enim habemus a Caesare,
sicut dignitas ipsius et amplitudo
maiorum eius postulabat,
sententiam tamquam obsidem
voluntatis perpetuae
in rem publicam;
intellectum est quid interesset
inter levitatem concionatorum
et animum vere popularem
consulentem saluti populi.
Video non neminem de istis,
qui volunt se
haberi populares,
abesse, videlicet
ne ferat sententiam

V. — Ahora, padres conscriptos,
yo veo qué me interesa;
si seguís la opinión
de Cayo César, porque ha seguido
en la vida pública este partido que
es considerado popular,
quizá, *siendo* éste
consejero y defensor de esta
sentencia, los ataques populares
deban ser temidos por mí menos;
pero si *seguís* aquella otra, no sé si
mayor cuidado
será contraído por mí;
pero con todo el interés
de la República
triunfe sobre las razones
de mis peligros.
Pues tenemos de parte de César,
como su dignidad y la grandeza
de los mayores de él exigía,
una sentencia como rehén
de afecto perpetuo
a la patria;
se ha evidenciado qué diferencia había
entre la ligereza de los demagogos
y el espíritu verdaderamente popular
que vela por la salud del pueblo.
Veo que no ninguno (alguno) de esos
que pretenden que ellos
sean considerados populares
está ausente, evidentemente
para no pronunciar una sentencia

pite videlicet civium Romanorum sententiam ferat. Is et nudius tertius in custodiam cives Romanos dedit et supplicationem mihi decrevit et indices hesterno die maximis praemiis adfecit. Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quaesitori gratulationem, indici praemium decreverit, quid de tota re et causa iudicarit. At vero C. Caesar intellegit legem Semproniam esse de civibus Romanis constitutam; qui autem rei publicae sit hostis, eum civem esse nullo modo posse; denique ipsum latorem Semproniae legis, iniussu populi, poenas rei publicae dependisse. Idem ipsum Lentulum, largitorem et prodigum, non putat, cum de pernicie populi Romani et exitio huius urbis tam acerbe tamque crudeliter cogitarit, etiam appellari posse popularem. Itaque, homo mitissimus atque lenissimus, non dubitat P. Lentulum aeternis tenebris vinculisque mandare et sancit in posterum, ne quis huius supplicio levando se iactare et in pernicie populi Ro-

tencia capital contra ciudadanos romanos. Éste, sin embargo, hace tres días decidió la reclusión de ciudadanos romanos, votó en mi honor una acción de gracias y ayer galardonó a los delatores con las más espléndidas recompensas; ya para nadie es dudoso qué opina sobre los hechos en general y sobre esta cuestión quien se ha pronunciado por la prisión para el reo, la gratulación para el pesquisidor, el premio para el denunciante. Mas también César entiende que hay una ley Sempronia promulgada sobre los ciudadanos romanos, pero que quien es enemigo de la República no puede en manera alguna ser ciudadano y que, por último, el propio legislador de la ley Sempronia, aun sin orden del pueblo, hubo de pagar a la República sus culpas. Él también cree que el mismo Léntulo, a pesar de sus larguezas y prodigalidades, después de laborar tan acerba y cruelmente por la perdición del pueblo romano y la destrucción de esta ciudad, no debe continuar llamándose amigo del pueblo. Y así este hombre, todo bondad y clemencia, no vacila en mandar para siempre a una lóbrega mazmorra a Públio Léntulo y no permite que jamás pueda nadie después prevalerse de haber mitigado su tormento y, con daño del pueblo romano, pretenda ser amigo

de capite civium
romanorum.
Is nudius tertius (et) dedit
cives Romanos in custodiam
et decrevit supplicationem mihi
et adfecit die hesterno
indices praemiis
maximis.
Iam nemini est dubium hoc,
quid iudicarit de tota re
et causa, qui decreverit
custodiam reo,
gratulationem quaesitori,
praemium indici.
At vero C. Caesar intellegit
legem Semproniam
constitutam esse de civibus
Romanis; autem eum
qui sit hostis rei publicae,
nullo modo posse esse civem;
denique ipsum latorem legis
Semproniae, iniussu populi,
dependisse poenas
rei publicae.
Idem non putat
Lentulum ipsum,
largitorem et prodigum, cum
cogitarit tam acerbe tamque
crudeliter de pernicie populi
Romani et exitio
huius urbis,
posse appellari
etiam popularem.
Itaque, homo
mitissimus atque
lenissimus, non dubitat mandare
P. Lentulum
tenebris vinculisque
aeternis, et sancit in posterum
ne quis possit iactare se
levando supplicio huius et
esse posthac popularis
in pernicie populi Romani.

sobre la cabeza de unos ciudadanos
romanos.
Éste hace tres días entregó
a ciudadanos romanos bajo custodia
y decretó una plegaria en mi honor
y colmó en el día de ayer
a los denunciantes con recompensas
muy grandes.
Ya para nadie es dudoso esto,
qué ha juzgado de todo el asunto
y de la causa quien decretó
la vigilancia para el reo,
la congratulación para el pesquisidor,
la recompensa para el denunciante.
Pero en verdad Cayo César entiende
que la ley Sempronia
ha sido promulgada sobre ciudadanos
romanos; pero que aquel
que sea enemigo de la República
de ningún modo puede ser ciudadano;
por fin, que el propio autor de la ley
Sempronia, sin orden del pueblo,
pagó el castigo merecido
a la República.
Él mismo no cree que
Léntulo mismo,
liberal y derrochador, una vez que
ha meditado tan feroz y tan
cruelmente sobre la ruina del pueblo
romano y la destrucción
de esta ciudad,
pueda ser llamado
todavía popular.
Así, pues, *él,* hombre
muy clemente y
muy benigno, no vacila en enviar
a Publio Léntulo
a tinieblas y cadenas
eternas y prohibe para la posteridad
que nadie pueda gloriarse
aliviando el tormento de éste y (ni)
ser luego popular
en la perdición del pueblo romano.

mani posthac popularis esse possit. Adiungit etiam publicationem bonorum, ut omnes animi cruciatus et corporis etiam egestas ac mendicitas consequatur.

VI. — (11) Quam ob rem, sive hoc statueritis, dederitis mihi comitem ad concionem populo carum atque iucundum, sive Silani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos a crudelitatis vituperatione populus Romanus liberabit atque obtinebo eam multo leniorem fuisse. Quamquam, patres conscripti, quae potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? ego enim de meo sensu iudico: nam ita mihi salva re publica vobiscum perfrui liceat, ut ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor —quis enim est me mitior?—, sed singulari quadam humanitate et misericordia. Videor enim mihi videre hanc urbem, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem. Cerno animo sepulta in patria miseros atque insepultos acervos civium. Versatur

del pueblo. Impone además la confiscación de los bienes para que a todos los suplicios morales y materiales acompañe también la más extrema miseria.

VI. — (11) Así, pues, si tomáis esta decisión, me habréis buscado para las reuniones ante el pueblo un compañero bienquisto y grato para el pueblo; si preferís seguir el aviso de Silano, fácil será para el pueblo romano librarnos a mí y a vosotros de la tacha de crueldad; yo demostraré cumplidamente que es una sentencia muchísimo más benévola. Mas decidme, senadores, ¿qué crueldad puede encontrarse en el castigo de tan monstruoso crimen? Yo juzgo, desde luego, según mi sentir, pues así se me permita gozar entre vosotros de una República íntegra, como es verdad que yo, si en esta causa me muestro demasiado vehemente, no lo hago movido por un espíritu feroz —pues ¿quién hay más moderado que yo?—, sino ciertamente por un inexpresable sentimiento de humanidad y de compasión. Paréceme ver esta ciudad, luz de todas las tierras y ciudadela de todos los pueblos, derrumbarse de súbito incendiada. Imagínome en la patria sepultada insepultos y miserables montones de ciuda-

Adiungit etiam publicationem bonorum,
ut etiam egestas ac mendicitas consequatur omnes cruciatus animi et corporis.

VI. — Ob quam rem, sive statueritis hoc, mihi dederitis comitem ad concionem carum atque iucundum populo, sive malueritis sequi sententiam Silani, populus Romanus liberabit me atque vos facile a vituperatione crudelitatis atque obtinebo eam fuisse multo leniorem. Quamquam, patres conscripti, quae crudelitas potest esse in immanitate tanti sceleris punienda? enim ego iudico de sensu meo; nam liceat mihi perfrui re publica salva vobiscum ita, ut ego, quod sum vehementior in hac causa, non moveor atrocitate animi —enim quis est mitior me?— sed quadam singulari humanitate et misericordia. Enim videor mihi videre hanc urbem, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, concidentem subito uno incendio. Cerno animo acervos miseros atque insepultos civium in patria sepulta.

Añade también la confiscación de bienes,
para que también la indigencia y la mendicidad acompañe a todas las torturas de alma y cuerpo.

VI. — Por la cual cosa, si decidís esto, me daréis un compañero ante la Asamblea querido y grato al pueblo; si, en cambio, preferís seguir la opinión de Silano, el pueblo romano *nos* librará a mí y a vosotros fácilmente de la censura de crueldad y probaré que ella ha sido mucho más suave. Aunque, padres conscriptos, ¿qué crueldad puede haber en que la enormidad de tan gran crimen sea castigada? Pues yo juzgo según el sentir mío; en efecto, séame permitido disfrutar de una república salvada con vosotros de igual manera que yo, si soy demasiado riguroso en esta causa, no me muevo por dureza de alma —¿pues quién hay más benigno que yo?—, sino por cierta singular humanidad y conmiseración. Pues me parece ver esta ciudad, luz del orbe terrestre y ciudadela de todos los pueblos, derrumbándose súbitamente por un solo incendio. Contemplo en la imaginación montones míseros e insepultos de ciudadanos en la patria sepultada.

mihi ante oculos adspectus Cethegi et furor in vestra caede bacchantis. (12) Cum vero mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fatis sperasse confessus est, purpuratum esse huic Gabinium, cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationem matrum familias, tum fugam virginum atque puerorum ac vexationem virginum Vestalium perhorresco et, quia mihi vehementer haec videntur misera atque miseranda, idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me severum vehementemque praebebo. Etenim quaero, si quis pater familias liberis suis a servo interfectis, uxore occisa, incensa domo, supplicium de servo [non] quam acerbissimum sumpserit, utrum is clemens ac misericors an inhumanissimus et crudelissimus esse videatur. Mihi vero importunus ac ferreus, qui non dolore et cruciatu nocentis suum dolorem cruciatumque lenierit. Sic nos in his hominibus, qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt, qui singulas unius cuius-

danos. Aparéceseme ante los ojos el espectro de Cetego y su delito frenético en medio de vuestra sangre. (12) Cuando me representé a Léntulo convertido en rey, como él confiesa esperar de acuerdo con los oráculos, envuelto en púrpura junto a éste a Gabinio, a Catilina llegado con sus tropas, siento entonces un escalofrío de horror ante las lamentaciones de las matronas, ante la huida de doncellas y niños, ante los ultrajes a las vírgenes vestales; por esto, porque este espectáculo es para mí sobremanera mísero y miserable, debo mostrarme inflexible y riguroso contra quienes tales horrores han querido perpetrar. Pues yo os pregunto: si algún padre de familia, viendo a sus hijos asesinados por un esclavo, muerta a su mujer, reducida su casa a cenizas, no impusiera al esclavo la más atroz de las torturas, ¿os parecería éste acaso clemente y misericordioso o quizá el colmo de la barbarie y de la crueldad? Para mí, desde luego, sería inconcebible dureza de corazón la de quien con el dolor y el tormento del culpable no aliviara su dolor y su tormento. Así nosotros, si para con estos hombres que a nosotros mismos, que a nuestras mujeres, que a nuestros hijos han querido degollar, que han intentado, una por una, arrasar las casas de cada

Adspectus et furor Cethegi,
bacchantis in caede vestra,
versatur mihi ante oculos.
Cum vero mihi proposui
Lentulum regnantem,
sicut ipse confessus est
se sperasse ex fatis,
Gabinium esse
purpuratum huic,
Catilinam venisse
cum exercitu, tum
perhorresco lamentationem
matrum familias, tum
fugam virginum
atque puerorum ac vexationem
virginum vestalium,
et, quia haec mihi videntur
vehementer misera ac miseranda
idcirco praebebo me severum
vehementemque in eos,
qui voluerunt perficere ea.
Etenim quaero si quis pater
familias, interfectis suis liberis
a servo, occisa uxore,
incensa domo, non sumpserit
supplicium quam acerbissimum
de servo, utrum is videatur
esse clemens ac misericors an
inhumanissimus et crudelissimus.
Mihi vero
importunus ac ferreus,
qui non lenierit suum dolorem
cruciatumque dolore et
cruciatu nocentis.
Sic nos habebimur
misericordes, si fuerimus
vehementissimi in his
hominibus, qui voluerunt
trucidare nos,
(qui) coniuges,
(qui) liberos nostros, qui
conati sunt delere singulas domus
unius cuiusque nostrum et

El aspecto y la vesania de Cetego,
enloquecido en vuestra muerte,
mantiéneseme ante los ojos.
Mas cuando me representé
a Léntulo reinando,
como él mismo ha confesado
que él había esperado de los hados,
que Gabinio estaba
vestido de púrpura junto a éste,
que Catilina había llegado
con un ejército, entonces
me horrorizo ante el lamento
de las madres de familia, entonces
ante la huida de las doncellas
y de los niños y ante el ultraje
de las vírgenes vestales,
y, como estas cosas me parecen
muy lamentables y lastimosas,
por ello me mostraré severo
y enérgico contra aquellos
que han querido ejecutarlas.
En efecto, pregunto si algún padre
de familia, muertos sus hijos
por un siervo, matada *su* esposa,
incendiada *su* casa, no tomara
un suplicio, el más atroz posible,
sobre el esclavo, si el tal parecería
ser clemente y misericordioso o
inhumanísimo y cruelísimo.
A mí, ciertamente, *me parecería*
insensible y de hierro
quien no calmara su dolor
y tormento con el dolor y
el tormento del culpable.
Así nosotros seremos considerados
misericordiosos, si somos
rigurosísimos sobre estos
hombres que quisieron
asesinar*nos* a nosotros,
a *nuestras* esposas,
a nuestros hijos; que
han intentado arrasar cada casa
de cada uno de nosotros y

que nostrum domos et hoc universum rei publicae domicilium delere conati sunt, qui id egerunt, ut gentem Allobrogum in vestigiis huius urbis atque in cinere deflagrati imperii conlocarent, si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur; sin remissiores esse voluerimus, summae nobis crudelitatis in patriae civiumque pernicie fama subeunda est. (13) Nisi vero cuipiam L. Caesar, vir fortissimus et amantissimus rei publicae, crudelior nudius tertius visus est, cum sororis suae, feminae lectissimae, virum praesentem et audientem vita privandum esse dixit, cum avum suum iussu consulis interfectum filiumque eius impuberem, legatum a patre missum, in carcere necatum esse dixit. Quorum quod simile factum? Quod initum delendae rei publicae consilium? largitionis voluntas tum in republica versata est et partium quaedam contentio. Atque illo tempore huius avus Lentuli, vir clarissimus, armatus Gracchum est persecutus. Ille etiam grave tum vulnus accepit, ne quid de summa rei publicae minueretur; hic ad evertenda fundamenta rei pu-

uno de nosotros y el hogar de la República, que se han esforzado por establecer al pueblo alóbroge sobre los restos de esta ciudad y sobre las cenizas humeantes de nuestro imperio, si con ellos nos mostramos inclementes, se nos dirá misericordiosos; pero si pretendemos ser más indulgentes, habremos de sufrir la ignominia de nuestra indecible crueldad con la patria y con los males de los ciudadanos. (13) Si no es que Lucio César, hombre arrojado y muy amante de la patria, ha parecido antes de ayer demasiado cruel a alguien, cuando dijo que había que quitar la vida al esposo de su egregia hermana, en presencia y a los oídos de él, cuando refirió que un cónsul mandó dar muerte a su abuelo y a un hijo suyo impúber, emisario de su padre, lo mató en la cárcel. En éstos, ¿qué acción hubo parecida?, ¿qué propósitos hicieron de destruir la República? Simples deseos de dádivas y cierta rivalidad de partidos es lo que entonces perturbaba la República. Y también en aquel tiempo el abuelo de este Léntulo, de preclara fama, persiguió en armas a Graco, llegando a recibir una grave herida por evitar que la República sufriera

universum hoc domicilium
rei publicae,
qui egerunt id,
ut conlocarent gentem Allobrogum
in vestigiis huius urbis atque
in cinere
imperii deflagrati;
sin voluerimus esse remissiores,
fama crudelitatis summae
in pernicie patriae
civiumque
subeunda est nobis.
Nisi vero
L. Caesar, vir
fortissimus atque amantissimus
rei publicae, visus est cuipiam
nudius tertius crudelior, cum
dixit virum sororis suae,
feminae lectissimae,
praesentem et audientem,
privandum esse vita,
cum dixit suum avum
interfectum iussu consulis,
filium eius impuberem,
missum legatum a patre,
necatum esse in carcere.
Quorum
quod factum simile?
Quod consilium initum
delendae rei publicae?
Voluntas largitionis et
quaedam contentio partium
versata est tum in re publica.
Atque illo tempore avus
huius Lentuli, vir clarissimus,
persecutus est armatus Gracchum.
Ille etiam
accepit tum vulnus
grave, ne quid minueretur
de summa re publica;
hic accersit Gallos
ad fundamenta
rei publicae evertenda,

toda esta sede
de la República;
que han intentado esto:
colocar el pueblo de los alóbroges
en los vestigios de esta ciudad y
en la ceniza
de un imperio abrasado;
pero si queremos ser más flojos,
la fama de una crueldad extrema
en el estrago de la patria
y de los ciudadanos
ha de ser arrostrada por nosotros.
Si no es, empero, que
Lucio César, hombre
firmísimo y amantísimo
de la República, ha parecido a alguien,
hace tres días, demasiado cruel, cuando
dijo que el marido de su hermana,
mujer selectísima,
que estaba presente y *lo* oía,
debía ser privado de la vida,
cuando dijo que su abuelo
había sido muerto por orden del cón-
y que el hijo de él impúber [sul
enviado *como* emisario por el padre,
había sido matado en la cárcel.
De los cuales,
¿qué hecho *había* semejante?
¿Qué propósito tomado
de destruir la República?
Un deseo de prodigalidad y
cierta contienda de partidos
se movía entonces en la República.
Y en aquel tiempo el abuelo
de este Léntulo, hombre preclaro,
persiguió armado a Graco.
Aquél, incluso,
recibió entonces una herida
grave para que nada se disminuyera
del supremo interés de la República;
éste atrae a los galos
para que los fundamentos
de la República sean derrocados,

blicae Gallos accersit, servitia concitat, Catilinam vocat, attribuit nos trucidandos Cethego et ceteros cives interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam diripiendamque Catilinae. Vereamini censeo, ne in hoc scelere tam immani ac nefando nimis aliquid severe statuisse videamini: multo magis est verendum, ne remissione poenae crudeles in patriam quam ne severitate animadversionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamur.

VII. — (14) Sed ea, quae exaudio, patres conscripti, dissimulare non possum: iaciuntur enim voces, quae perveniunt ad aures meas, eorum qui vereri videntur, ut habeam satis praesidii ad ea, quae vos statueritis hodierno die, transigenda: omnia et provisa et parata et constituta sunt, patres conscripti, cum mea summa cura atque diligentia, tum etiam multo maiore populi Romani ad summum imperium retinendum et ad communes fortunas conservandas voluntate.

detrimento; éste, en cambio, hace venir a los galos para desarraigar los fundamentos de la República, enardece a los esclavos, llama a Catilina, nos entrega a Cetego para que nos asesine y presenta a los demás ciudadanos como víctimas a Gabinio, la ciudad a Casio para que la incendie, Italia entera a Catilina para que en ella entre a saco y la devaste. Teméis, a mi parecer, que se os tilde de excesiva severidad en vuestras decisiones sobre crimen tan monstruosamente impío; mucho más hay que temer el parecer, por un castigo benigno, crueles contra la patria que no, por una pena severa, despiadados contra los más feroces enemigos.

VII. — (14) Sin embargo, padres conscriptos, no puedo mostrarme sordo a lo que oigo: llegan, en efecto, a mis oídos rumores lanzados por quienes parecen temer que no disponga yo de suficientes elementos para hacer cumplir lo que hoy vosotros resolváis; pues bien, padres conscriptos, todo está previsto, dispuesto y ordenado no sólo con gran cuidado y escrupuloso celo por mi parte, sino más aún por el más firme propósito del pueblo romano para mantener su suprema soberanía y conservar el patrimonio común. Presentes están

concitat servitia,
vocat Catilinam
attribuit nos trucidandos
Cethego, et
ceteros cives
interficiendos
Gabinio, urbem
inflammandam Cassio,
Italiam totam vastandam
diripiendamque Catilinae.
Censeo vereamini,
ne videamini statuisse
aliquid nimis severe
in hoc scelere tam immani ac
nefando: verendum est
ne videamur
fuisse crudeles
in patriam remissione
poenae multo magis
quam ne *videamur*
fuisse nimis vehementes
severitate animadversionis
in hostes acerbissimos.

subleva a los esclavos,
llama a Catilina,
nos entrega para ser asesinados
a Cetego, y
a los demás ciudadanos
para ser muertos
a Gabinio, la ciudad
para ser incendiada a Casio,
Italia entera para ser devastada
y saqueada a Catilina.
Pienso que acaso temáis
que parezcáis haber estatuido
algo demasiado severamente
en este crimen tan enorme y
abominable: es de temer
que parezcamos
haber sido crueles
para con la patria con la suavización
de la pena mucho más
que el que *parezcamos*
haber sido demasiado duros
por la severidad del castigo
contra los enemigos más crueles.

VII. — Sed non possum,
patres conscripti, dissimulare
ea, quae exaudio; enim iaciuntur
voces, quae perveniunt ad aures
meas, eorum, qui videntur vereri,
ut habeam satis praesidii
ad ea, quae vos statueritis
die hodierno, transigenda;
omnia, patres conscripti, (et)
provisa (et)
parata et constituta sunt
cum summa cura mea
atque diligentia, tum etiam
multo maiore
voluntate populi
Romani ad
summum imperium
retinendum et ad fortunas
communes conservandas.

VII. — Pero no puedo,
padres conscriptos, disimular
lo que oigo; pues se lanzan
rumores que llegan a los oídos
míos, de los que parecen temer
que no tenga bastantes fuerzas
para que lo que vosotros determinéis
en el día de hoy sea cumplido;
todas, padres conscriptos,
han sido previstas,
preparadas y dispuestas
no sólo con sumo cuidado mío
y diligencia, sino también
con mucho mayor
decisión del pueblo
romano para que
el soberano Imperio
sea defendido y los bienes
comunes conservados.

Omnes adsunt omnium ordinum homines, [omnium generum], omnium denique aetatum. Plenum est forum, plena templa circum forum, pleni omnes aditus huius templi ac loci. Causa est enim post urbem conditam haec inventa sola, in qua omnes sentirent unum atque idem praeter eos, qui, cum sibi viderent esse pereundum, cum omnibus, potius quam soli, perire voluerunt. (15) Hosce ego homines excipio et secerno libenter neque in improborum civium, sed in acerbissimorum hostium numero habendos puto. Ceteri vero, di immortales! qua frequentia, quo studio, qua virtute ad communem salutem dignitatemque consentiunt! quid ego hic equites Romanos commemorem? qui vobis ita summam ordinis consiliique concedunt, ut vobiscum de amore rei publicae certent. Quos ex multorum annorum dissensione huius ordinis ad societatem concordiamque revocatos hodiernus dies vobiscum atque haec causa coniungit; quam si coniunctionem, in consulatu confirmatam meo, perpetuam in re publica tenuerimus, confirmo vobis nullum posthac

todos los hombres de todos los órdenes, de todas las clases, de todas las edades. Lleno está el foro, llenos los templos en torno al foro, llenos todos los pasos que a este templo conducen; por vez primera, desde que Roma fue fundada, se ha encontrado esta causa en que todos sintieran como un solo hombre, si no es quienes, al ver que sólo perecer les quedaba, han preferido sucumbir con todos mejor que aislados. (15) Con placer separo y excluyo a tales gentes, que para mí no forman parte ni aun de los malos ciudadanos, sino de los más implacables enemigos. Pero los otros, ¡dioses inmortales!, ¡qué muchedumbre!, ¡qué celo y qué denuedo los aúnan en pro del bienestar y del honor comunes! ¿Será necesario mencionar aquí a los caballeros romanos?; aunque os ceden la primacía como orden y poder deliberador, compiten con vosotros en amor a la República. Después de largos años de discordias, nuestro común interés nos los presenta hoy reunidos y reconciliados en armoniosa alianza con este orden; y si esta unión, robustecida en mi consulado, la mantenemos eternamente en la República, os aseguro que en adelante ningún

Omnes homines
omnium ordinum,
omnium generum,
denique omnium
aetatum adsunt.
Forum est plenum, templa
circum forum plena, omnes
aditus huius templi
ac loci pleni.
Enim post urbem conditam,
haec causa sola inventa est,
in qua omnes
sentirent unum,
praeter eos, qui, cum viderent
pereundum esse sibi,
voluerunt perire cum omnibus
potius quam soli.
Ego excipio et secerno libenter
hosce homines, neque puto
habendos in numero
civium improborum, sed
in hostium acerbissimorum.
Vero ceteri, di immortales!
qua frequentia,
quo studio, qua
virtute consentiunt
ad salutem
dignitatemque communem!
quid ego commemorem hic
equites Romanos? qui
vobis concedunt summam ordinis
consiliique ita, ut
certent vobiscum de amore
rei publicae. Quos,
revocatos ex dissensione
multorum annorum ad societatem
concordiamque huius ordinis,
dies hodiernus atque haec causa
coniungit vobiscum;
quam coniunctionem,
confirmatam in consulatu meo,
si tenuerimus perpetuam
in re publica, vobis confirmo

Todos los hombres
de todos los órdenes,
de todas las clases,
en fin, de todas
las edades, están presentes.
El foro está lleno, los templos
de alrededor del foro llenos, todas
las entradas de este templo
y lugar llenas.
Pues después de la ciudad fundada,
esta causa sola ha sido encontrada
en la que todos
sintieran una sola cosa,
excepto los que, al ver
que tenían que perecer,
quisieron perecer con todos
antes que solos.
Yo exceptúo y aparto gustosamente
a estos hombres y no creo
que deban ser tenidos en el número
de ciudadanos perversos, sino
en *el* de enemigos durísimos.
Pero los otros, ¡dioses inmortales!,
¡con qué afluencia,
con qué solicitud, con qué
firmeza están de acuerdo
para la salvación
y dignidad común!,
¿para qué yo voy a recordar aquí
a los caballeros romanos?, los cuales
os ceden la primacía del orden
y del consejo de tal manera que
compiten con vosotros sobre el amor
de la República. A los cuales,
revocados de una disensión
de muchos años a la alianza
y concordia de (con) este orden,
el día de hoy y esta causa
une*n* con vosotros;
la cual unión,
robustecida en mi consulado,
si *la* conservamos perenne
en la República, os aseguro

malum civile ac domesticum ad ullam rei publicae partem esse venturum. Pari studio defendendae rei publicae convenisse video tribunos aerarios, fortissimos viros; scribas item universos, quos cum casu hic dies ad aerarium frequentasset, video ab exspectatione sortis ad salutem communem esse conversos. (16) Omnis ingenuorum adest multitudo, etiam tenuissimorum. Quis est enim, cui non haec templa, adspectus urbis, possessio libertatis, lux denique haec ipsa et commune patriae solum cum sit carum tum vero dulce atque iucumdum?

VIII. — Operae pretium est, patres conscripti, libertinorum hominum studia cognoscere, qui sua virtute fortunam huius civitatis consecuti, vere hanc suam patriam esse iudicant, quam quidam hic nati, et summo nati loco, non patriam suam, sed urbem hostium esse iudicaverunt. Sed quid ego hosce ordines hominesque commemoro, quos privatae fortunae, quos communis res publica, quos denique libertas, ea

disturbio civil ni doméstico azotará punto alguno de la patria. Con idéntica resolución de defender a la República veo que han concurrido nuestros bravos tribunos del tesoro; e igualmente todos los escribas, a los que casualmente este día ha congregado frente al erario, véolos que, dejando el sorteo de sus cargos, acuden a la defensa común. (16) De los hombres libres toda la multitud asiste, aun de los más modestos, pues ¿quién habrá para quien estos templos, el aspecto de nuestra urbe, el disfrute de la libertad, esta luz, este suelo común de la patria, no les sean queridos, no les sean también dulces y placenteros?

VIII. — Muy legítimo es, padres conscriptos, reconocer los afanes de los libertos, que, después de haber tenido, con su valor, la fortuna de conquistar la ciudadanía, consideran a ésta su verdadera patria, a la que algunos aquí nacidos, y nacidos en ilustre cuna, han tomado no por patria suya, sino por ciudad enemiga. Pero ¿a qué ir nombrando categorías y personas? Las posesiones privadas, los derechos comunes, la libertad, en fin, tan plena de dulzuras, los han

nullum malum civile ac
domesticum venturum esse
posthac ad ullam
partem rei publicae.
Video tribunos
aerarios, viros
fortissimos, convenisse studio
pari defendendae rei publicae;
item universos scribas,
quos cum hic dies
frequentasset casu
ad aerarium,
video conversos esse
ab exspectatione sortis
ad salutem communem.
Omnis multitudo
ingenuorum,
etiam tenuissimorum, adest.
Enim quis est,
cui haec templa,
adspectus urbis, possessio
libertatis, denique haec lux ipsa
et solum commune patriae
non sit cum carum,
tum vero
dulce atque iucundum?

que ningún mal civil y
doméstico ha de venir
en adelante a algún (ningún)
partido de la República.
Veo que los tribunos
del tesoro, hombres
muy animosos, han acudido con deseo
igual de defender la República;
igualmente a todos los escribas,
a quienes, como esta fecha
hubiese congregado casualmente
junto al erario,
veo que han sido atraídos
de la espera del sorteo
a la salvación común.
Toda la muchedumbre
de hombres libres,
aun de los más modestos, está presente.
¿Pues quién hay
para quien estos templos,
la vista de la ciudad, la posesión
de la libertad, en fin, esta luz misma
y suelo común de la patria
no sea no solamente querido,
sino también
dulce y placentero?

VIII. — Est praetium operae,
patres conscripti, cognoscere
studia hominum libertinorum,
qui consecuti fortunam
huis civitatis sua
virtute, iudicant hanc esse
vere suam patriam,
quam quidam nati hic,
et nati summo loco,
iudicaverunt esse, non patriam
suam, sed urbem hostium.
Sed quid ego commemoro hosce
ordines hominesque, quos
fortunae privatae, quos
res publica communis, quos
denique libertas, ea quae est

VIII. — Es premio del esfuerzo,
padres conscriptos, conocer
la adhesión de los hombres libertos
que, habiendo conseguido la dicha
de esta ciudadanía por su
merecimiento, juzgan que ésta es
verdaderamente su patria,
la que algunos nacidos aquí,
y nacidos de elevadísimo lugar,
juzgaron que era, no patria
suya, sino ciudad de enemigos.
Pero ¿por qué yo menciono estos
órdenes y hombres a los que
sus bienes particulares, a los que
la patria común, a los que,
en fin, la libertad, esa *libertad* que es

quae dulcissima est, ad salutem patriae defendendam excitavit? Servus est nemo, qui modo tolerabili condicione sit servitutis, qui non audaciam civium perhorrescat, qui non haec stare cupiat, qui non, tantum, quantum audet et quantum potest, conferat ad communem salutem voluntatis. (17) Quare, si quem vestrum forte commovet hoc, quod auditum est, lenonem quemdam Lentuli concursare circum tabernas, pretio sperare sollicitari posse animos egentium atque imperitorum, est id quidem coeptum atque temptatum, sed nulli sunt inventi tam aut fortuna miseri aut voluntate perditi, qui non illum ipsum sellae atque operis et quaestus cotidiani locum, qui non cubile ac lectulum suum, qui denique non cursum hunc otiosum vitae suae salvum esse velint. Multo vero maxima pars eorum, qui in tabernis sunt, immo vero —id enim potius est dicendum— genus hoc universum amantissimum est otii. Etenim omne instrumentum, omnis opera atque quaestus frequentia civium sustentatur, alitur otio, quorum si quaestus occlusis tabernis minui solet, quid tandem incensis futurum fuit?

estimulado a defender la existencia de la patria. Entre los siervos no hay uno —basta que su condición de servidumbre sea sólo tolerable— que no se aterre ante la audacia de los ciudadanos, que no anhele la permanencia de nuestras instituciones, que de su corazón no entregue para la común salvación cuanto su valor y su poder le permiten. (17) Por esto, si a alguno quizá le asusta la noticia de que cierto rufián de Léntulo va de tienda en tienda con la esperanza de poder sobornar la voluntad de necesitados e incautos, sepa que sí, que esto se ha intentado e iniciado, pero a nadie se ha encontrado tan desposeído ni tan perverso que no quiera tener a salvo los utensilios que le procuran el sustento diario, y su cobijo y su catrecillo y este pasar de una vida sosegada. Al contrario, la inmensa mayoría de estos menestrales, mejor dicho (así puede afirmarse), la totalidad de ellos, aman extraordinariamente la tranquilidad. Así, toda profesión, todo trabajo y ganancia se nutre de la concurrencia pública, se alimenta con la paz; y si el lucro de éstos menguaría cerrando sus tiendas, ¿qué sucedería al incendiarlas?

dulcissima, excitavit
ad defendendam salutem patriae?
Nemo est servus, qui sit
condicione modo tolerabili
servitutis,
qui non perhorrescat audaciam
civium, qui non cupiat
haec stare, qui non conferat
ad salutem communem
tantum voluntatis
quantum audet et quantum potest.
Quare, si commovet forte
*ali*quem vestrum hoc,
quod auditum est, quemdam
lenonem Lentuli concursare
circum tabernas, sperare
animos egentium
atque imperitorum posse
sollicitari pretio, id quidem
coeptum atque temptatum est, sed
nulli inventi sunt
tam aut miseri fortuna
aut perditi voluntate, qui
non velint illum ipsum locum
sellae atque operis
et quaestus cotidiani,
qui non cubile ac
suum lectulum, qui denique non
hunc cursum otiosum suae vitae
esse salvum. Vero
multo maxima pars eorum,
qui sunt in tabernis, immo vero,
—enim id dicendum est potius—
hoc genus universum
est amantissimum otii.
Etenim omne instrumentum,
omnis opera atque quaestus
sustentatur frequentia
civium, alitur otio;
quorum quaestus si solet
minui tabernis occlusis,
quid tandem futurum fuit
incensis?

dulcísima, ha*n* estimulado
a defender la salud de la patria?
Nadie es siervo, que sea
de condición simplemente tolerable
de servidumbre,
que no se horrorice ante la audacia
de los ciudadanos, que no desee
que estas cosas subsistan, que no
a la salvación común [aporte
tanta decisión
cuanta se atreve y cuanta puede.
Por tanto, si turba acaso
a alguno de vosotros esto
que se ha oído, que un
rufián de Léntulo se mueve
alrededor de las tiendas, que espera
que los ánimos de los pobres
y de los inexpertos pueden [efecto,
ser seducidos por el dinero, esto, en
se ha empezado e intentado, pero
ningunos han sido encontrados
tan o míseros de hacienda
o corrompidos de voluntad que
no quieran que aquel mismo puesto
de *su* silla y labor
y de *su* ganancia cotidiana,
que no *quieran* que *su* cuchitril y
su camastro, que, en fin, no *quieran*
que este curso tranquilo de su vida
sea (quede a) salvo. En verdad,
con mucho, la mayor parte de los
que están en las tiendas, más aún
—pues esto ha de decirse más bien—,
esta clase íntegra
es amantísima de la tranquilidad.
En efecto, todo instrumento,
toda tarea y ganancia
se funda en la concurrencia [paz;
de ciudadanos, se alimenta con la
de los cuales la ganancia, si suele
disminuirse con las tiendas cerradas,
¿qué, por fin, habría de suceder
incendiadas?

IX. — (18) Quae cum ita sint, patres conscripti, vobis populi Romani praesidia non desunt: vos, ne populo Romano deesse videamini, providete. Habetis consulem ex plurimis periculis et insidiis atque ex media morte non ad vitam suam, sed ad salutem vestram reservatum. Omnes ordines ad conservandam rem publicam mente, voluntate, voce consentiunt. Obsessa facibus et telis impiae coniurationis vobis supplex manus tendit patria communis; vobis se, vobis vitam omnium civium, vobis arcem et Capitolium, vobis aras Penatium, vobis illum ignem Vestae sempiternum, vobis omnium deorum templa atque delubra, vobis muros atque urbis tecta commendat. Praeterea de vestra vita, de coniugum vestrarum atque liberorum anima, de fortunis omnium, de sedibus, de focis vestris hodierno die vobis iudicandum est. (19) Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui, quae non semper facultas datur; habetis omnes ordines, omnes homines, universum populum Romanum, id quod in civili causa hodierno die

IX. — (18) En tales circunstancias, padres conscriptos, no os falta el apoyo del pueblo romano; cuidad vosotros de no parecer ser quienes a él le faltáis. Tenéis un cónsul que de muchísimos peligros y emboscadas y aun de la misma muerte ha escapado no para su salvación, sino para vuestra existencia. Todos los órdenes, con un pensamiento, una voluntad y a una voz conspiran por salvar a la República. Asediada por las armas y por las teas de impíos conjurados, os tiende suplicante sus brazos nuestra patria común; a vosotros se encomienda ella misma, a vosotros la vida de todos los ciudadanos, a vosotros la ciudadela y el Capitolio, y las aras y los Penates y el fuego eterno de nuestra Vesta y los templos y santuarios de todos los dioses y los muros y los tejados de Roma. Además, hoy vosotros tenéis que decidir sobre vuestra existencia, sobre la vida de vuestras esposas e hijos, sobre los bienes, las moradas y hogares de cada uno de vosotros. (19) Tenéis un guía desvelado por vosotros, despreocupado de sí, ventaja que no siempre se presenta; tenéis todas clases sociales, todos los hombres, todo el pueblo romano unidos en un mismo sentimiento, lo que hoy vemos

IX.—Quae cum sint ita, patres conscripti, praesidia populi Romani non vobis desunt; vos providete ne videamini deesse populo Romano. Habetis consulem reservatum ex plurimis periculis et insidiis atque ex media morte, non ad vitam suam, sed ad vestram salutem. Omnes ordines consentiunt. mente, voluntate, voce, ad conservandam rem publicam. Patria communis, obsessa facibus et telis impiae coniurationis, vobis tendit supplex manus; se commendat vobis, vobis vitam omnium civium, vobis arcem et Capitolium, vobis aras Penatium, vobis illum ignem sempiternum Vestae, vobis templa atque delubra omnium deorum, vobis muros atque tecta urbis. Praeterea iudicandum est vobis die hodierno de vestra vita, de anima coniugum vestrarum atque liberorum, de fortunis omnium, de sedibus, de focis vestris. Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui, facultas quae non datur semper; habetis omnes ordines, omnes homines, populum Romanum universum sentientem unum atque idem,

IX. — Siendo esto así, padres conscriptos, las ayudas del pueblo romano no os faltan; vosotros cuidad de que no parezcáis faltar al pueblo romano. Tenéis un cónsul salvado de muchísimos peligros y asechanzas y de en medio de la muerte no para su vida, sino para vuestra salvación. Todos los órdenes concuerdan en pensamiento, voluntad, palabra, para salvar la República. La patria común, asediada por las antorchas y armas de la impía conjuración, os tiende suplicante las manos; se encomienda a vosotros, a vosotros la vida de todos los ciudadanos, a vosotros la ciudadela y el Capitolio, a vosotros las aras de los Penates, a vosotros aquel fuego perpetuo de Vesta, a vosotros los templos y santuarios de todos los dioses, a vosotros los muros y techos de la ciudad. Además, habréis de juzgar en el día de hoy sobre vuestra vida, sobre la existencia de vuestras esposas e hijos, sobre los bienes de todos, sobre las moradas, sobre los hogares vuestros. Tenéis un caudillo preocupado de vosotros, olvidado de sí, posibilidad que no se da siempre; tenéis a todos los órdenes, a todos los hombres, al pueblo romano entero, que siente una y la misma cosa;

primum videmus, unum atque idem sentientem. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute stabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox paene delerit. Id ne umquam posthac non modo confici, sed ne cogitari quidem possit a civibus, hodierno die providendum est. Atque haec, non ut vos, qui mihi studio paene praecurritis, excitarem, locutus sum, sed ut mea vox, quae debet esse in re publica princeps, officio functa consulari videretur.

X. — (20) Nunc, antequam ad sententiam redeo, de me pauca dicam. Ego, quanta manus est coniuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video. Sed eam esse iudico turpem et infirmam et abiectam. Quodsi aliquando alicuius furore et scelere concitata manus ista plus valuerit quam vestra ac rei publicae dignitas, me tamen meorum factorum atque consiliorum numquam, patres conscripti, paenitebit. Etenim mors, quam

por primera vez en una querella política. Pensad cómo una sola noche ha casi podido reducir a la nada un Imperio fundado con laborioso ahinco, una libertad arraigada con tan firme valor, unas riquezas formadas y acrecentadas por tan grande bondad de los dioses. Para evitar que en lo futuro jamás puedan ciudadanos, no digo realizar esto, mas ni siquiera pensarlo, hemos en este día de tomar providencia. Y si esto he dicho, no ha sido para aguijonearos a vosotros, que casi me superáis en buena voluntad, sino para que mi voz, obligada vanguardia de la República, diera a entender que el cónsul ha cumplido con su deber.

X. — (20) Ahora, antes de volver a la sentencia, voy a decir unas palabras sobre mí. Yo, pienso que me he ganado tantos enemigos como son los conjurados, y ya veis que son muchos. Pero los juzgo ruines, impotentes y abyectos. Mas si alguna vez, impulsados por la criminal vesania de alguno, prevalecieran sobre vuestra autoridad y la de la República, nunca mis obras ni mis consejos, padres conscriptos, me pesarán. Pues la muerte con que aquéllos

id quod videmus primum
die hodierno
in causa civili.
Cogitate,
imperium fundatum
quantis laboribus,
libertatem stabilitam
quanta virtute, fortunas
auctas exaggeratasque
quanta benignitate deorum,
una nox
paene delerit.
Providendum est
die hodierno, ne
id possit umquam posthac
non modo confici, sed
ne cogitari quidem
a civibus.
Atque locutus sum haec, non ut
excitarem vos, qui paene
praecurritis mihi studio, sed
ut mea vox, quae debet esse
princeps in
re publica, videretur
functa officio consulari.

lo que vemos por vez primera
en el día de hoy
en una causa civil.
Pensad cómo
un imperio fundado,
con tantas fatigas,
una libertad establecida
con tanto valor, unas fortunas
aumentadas y acumuladas
con tanta benignidad de los dioses,
una sola noche
casi *los* ha destruido.
Ha de preverse
en el día de hoy para evitar que
esto pueda alguna vez en adelante
no sólo ejecutarse, sino
ni pensarse siquiera
por ciudadanos.
Y he dicho estas cosas, no para
excitar*os* a vosotros, que casi
aventajáis a mí en celo, sino
para que mi voz, que debe ser
la primera en
la República, pareciese
haber cumplido *su* deber consular.

X. — Nunc dicam pauca de me,
antequam redeo
ad sententiam.
Ego video me suscepisse tantam
multitudinem inimicorum,
quanta est manus coniuratorum,
quam videtis esse permagnam.
Sed iudico eam esse turpem
et infirmam et abiectam.
Quodsi aliquando ista manus,
concitata scelere et furore
alicuius, valuerit plus quam
dignitas vestra ac rei publicae,
numquam tamen me paenitebit,
patres conscripti, factorum
atque consiliorum meorum.
Etenim mors, quam illi fortasse

X. — Ahora diré algo sobre mí
antes de volver
a la sentencia (votación).
Yo veo que yo he atraído tan gran
multitud de enemigos,
cuanta es la facción de conjurados,
que veis que es muy grande.
Pero considero que ella es ruin
y débil y despreciable.
Y si alguna vez esa tropilla,
instigada por el crimen y la vesania
de alguien, vale más que
la dignidad vuestra y de la República,
nunca, sin embargo, me pesará,
padres conscriptos, de los hechos
y propósitos míos.
En efecto, la muerte, con que ellos [quizá

illi mihi fortasse minitantur, omnibus est parata; vitae tantam laudem quanta vos me vestris decretis honestastis, nemo est adsecutus. Ceteris enim bene gesta, mihi uni conservata re publica gratulationem decrevistis. (21) Sit Scipio clarus ille, cuius consilio atque virtute Hannibal in Africam redire atque Italia decedere coactus est; ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas urbes huic imperio infestissimas, Carthaginem Numantiamque, delevit; habeatur vir egregius Paulus ille, cuius currum rex potentissimus quondam et nobilissimus, Perses, honestavit; sit aeterna gloria Marius, qui bis Italiam obsidione et metu servitutis liberavit; antepónatur omnibus Pompeius, cuius res gestae atque virtutes isdem, quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur: erit profecto inter horum laudes aliquid loci nostrae gloriae, nisi forte maius est patefacere nobis provincias, quo exire possimus, quam curare, ut etiam illi, qui absunt, habeant, quo victores revertantur. (22) Quamquam est uno

quizá me amenazan es nuestro común destino; y en la vida nadie ha alcanzado tantas alabanzas cuantas vosotros en mi honor habéis decretado. A otros, prósperas acciones guerreras; sólo a mí la salvación de la República me ha valido vuestros gratulatorios decretos. (21) Celebremos a Escipión, aquel que con su prudencia y su valentía obligó a Aníbal a volver a África y a retirarse de Italia; honremos con imperecedero loor al segundo Africano, que a Cartago y a Numancia, las dos ciudades más enemigas de este Imperio, destruyó; ensalcemos a Paulo, aquel cuyo carro adornó el nobilísimo Perseo, rey en otro tiempo poderosísimo; glorifiquemos eternamente a Mario, por haber por dos veces libertado a Italia de la invasión y del terror de la esclavitud; antepongamos sobre todos a Pompeyo, cuyas hazañas y triunfos tienen por límite las mismas regiones que el sol visita en su carrera; habrá sin duda entre sus alabanzas un rincón para mi gloria, si no es que es mayor la grandeza de quien nos abre provincias que puedan servirnos de retiro que la de quien cuida de que también los ausentes tengan a donde volver vencedores. (22) Aunque es en un punto ventajosa la condición del

minitantur mihi, est parata
omnibus; nemo adsecutus est
tantam laudem vitae,
quanta vos
honestastis me decretis vestris.
Decrevistis enim
gratulationem ceteris
bene gesta,
re publica
mihi uni conservata.
Ille Scipio, cuius consilio
atque virtute Hannibal coactus est
redire in Africam atque
decedere Italia, sit clarus;
alter Africanus, qui delevit
duas urbes infestissimas
huic imperio, Carthaginem
Numantiamque, ornetur laude
eximia; ille Paulus, cuius currum
rex potentissimus quondam
et nobilissimus, Perses, honestavit,
habeatur vir egregius;
Marius, qui
liberavit bis Italiam
obsidione et
metu servitutis,
sit gloria aeterna; Pompeius,
cuius res gestae
atque virtutes
continentur isdem regionibus
ac terminis, quibus cursus solis,
anteponatur omnibus;
aliquid profecto loci erit
nostrae gloriae
inter laudes
horum, nisi forte
patefacere nobis
provincias, quo possimus
exire, est maius, quam curare,
ut etiam illi, qui absunt,
habeant quo
revertantur victores.
Quamquam condicio victoriae

me amenazan, está preparada
para todos; nadie ha alcanzado
tan gran alabanza de (en) la vida
como aquella con que vosotros
me honrasteis con vuestros decretos.
Habéis decretado, en efecto,
una acción de gracias a los otros,
por haber sido bien gobernada
la República;
a mí solo por haber sido salvada.
Aquel Escipión, por cuya prudencia
y valor Aníbal fue obligado
a volver a África y
retirarse de Italia, sea célebre;
el segundo Africano, que arrasó
dos ciudades muy dañosas
para este Imperio, Cartago
y Numancia, sea honrado con gloria
eximia; aquel Paulo, cuyo carro
un rey muy poderoso un tiempo
y muy famoso, Perseo, adornó,
sea tenido como varón egregio;
Mario, que
liberó dos veces a Italia
del asedio y
del miedo de la esclavitud,
sea de gloria eterna; Pompeyo,
cuyas cosas hechas (hazañas)
y virtudes
se encierran en las mismas regiones
y límites en que la carrera del sol,
sea antepuesto a todos;
algo, en efecto, de sitio habrá
para nuestra gloria
entre las alabanzas
de éstos, a no ser acaso
que franquearnos
provincias, a donde podamos
salir, sea más grande que procurar
que también los que están ausentes
tengan a donde
vuelvan victoriosos.
Aunque la condición de una victoria

loco condicio melior externae victoriae quam domesticae, quod hostes alienigenae aut oppressi serviunt aut recepti beneficio se obligatos putant; qui autem ex numero civium dementia aliqua depravati hostes patriae semel esse coeperunt, eos cum a pernicie rei publicae reppuleris, nec vi coercere nec beneficio placare possis. Quare mihi cum perditis civibus aeternum bellum susceptum esse video. Id ego vestro bonorumque omnium auxilio memoriaque tantorum periculorum, quae non modo in hoc populo, qui servatus est, sed in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper haerebit, a me atque a meis facile propulsari posse confido. Neque ulla profecto tanta vis reperietur, quae coniunctionem vestram equitumque Romanorum et tantam conspirationem bonorum omnium confringere et labefactare possit.

XI. — (23) Quae cum ita sint, pro imperio, pro exercitu, pro provincia, quam neglexi, pro triumpho ceterisque laudis

que triunfa sobre pueblos extraños frente a la del vencedor de una guerra civil: pues los enemigos extranjeros o sirven oprimidos o, acogidos generosamente, se sienten ligados por un lazo de gratitud; pero quienes entre los ciudadanos, extraviados por un momento de locura, han empezado una vez a luchar contra su patria, a éstos, si se les impide destruir la República, no se puede ya ni dominarlos por la fuerza ni por la clemencia reconciliarlos. Por ello veo que he emprendido contra ciudadanos protervos una guerra sin tregua. Pero yo, con vuestro auxilio y el de todos los buenos, presente el recuerdo de tan graves peligros, por siempre grabado no sólo en este pueblo que acaba de esquivarlos, sino en los labios y en la memoria de todas las gentes, confío que podré fácilmente alejar esta amenaza de mí y de los míos. Porque, sin duda, jamás tan poderosa fuerza podrá encontrarse que pueda quebrantar ni socavar la unión entre vosotros y los caballeros romanos ni la concordia tan estrecha de todas las gentes de bien.

XI. — (23) Siendo esto así, por el mando, el ejército y la provincia que he desdeñado, por el triunfo y los demás emblemas hono-

externae est uno loco melior
quam domesticae,
quod hostes
alienigenae aut serviunt oppressi
aut, recepti, se putant
obligatos beneficio;
autem qui ex numero
civium,
depravati aliqua
dementia, coeperunt
semel esse hostes
patriae, cum reppuleris eos
a pernicie rei publicae,
nec possis coercere vi,
nec placare beneficio.
Quare video bellum aeternum
susceptum esse mihi
cum civibus perditis.
Ego confido
id posse propulsari
facile a me
atque a meis auxilio
vestro omniumque bonorum
memoriaque
tantorum periculorum,
quae haerebit semper non modo
in hoc populo, qui servatus est,
sed in sermonibus
ac mentibus
omnium gentium.
Neque profecto ulla vis
tanta reperietur,
quae possit confringere
et labefactare coniunctionem
vestram equitumque Romanorum
et tantam conspirationem
omnium bonorum.

exterior es en un punto mejor
que *la* de la civil,
porque los enemigos
extranjeros o sirven oprimidos,
o, acogidos, se consideran
obligados por el beneficio;
mas quienes de entre el número
de los ciudadanos,
pervertidos por alguna
locura, empezaron
una vez a ser enemigos
de la patria, cuando los has rechazado
de la perdición de la República,
ni puedes reprimir*los* por la fuerza,
ni aplacar*los* por el beneficio.
Por esto veo que una guerra perpetua
ha sido emprendida por mí
con ciudadanos perversos.
Yo confío
en que ésta podrá ser alejada
fácilmente por mí
y por los míos con la ayuda
vuestra y de todos los buenos
y por el recuerdo
de tan grandes peligros,
que estará fijo siempre, no sólo
en este pueblo, que ha sido salvado,
sino en las conversaciones
y pensamientos
de todas las gentes.
Y ninguna, en efecto, fuerza
tan grande será encontrada
que pueda quebrantar
y debilitar la unión
vuestra y de los caballeros romanos
y tan grande armonía
de todos los buenos.

XI. — Quae cum sint ita,
pro imperio,
pro exercitu, pro provincia,
quam neglexi, pro triumpho
ceterisque insignibus laudis, quae

XI. — Siendo esto así,
por (en lugar de) el imperio,
por el ejército, por la provincia
que he desdeñado, por el triunfo
y demás distinciones de honor, que

insignibus, quae sunt a me propter urbis vestraeque salutis custodiam repudiata, pro clientelis hospitiisque provincialibus, quae tamen urbanis opibus non minore labore tueor quam comparo, pro his igitur omnibus rebus, pro meis in vos singularibus studiis proque hac, quam perspicitis, ad conservandam rem publicam diligentia, nihil a vobis nisi huius temporis totiusque mei consulatus memoriam postulo. Quae dum erit in vestris fixa mentibus, tutissimo me muro saeptum esse arbitrabor. Quodsi meam spem vis improborum fefellerit atque superaverit, commendo vobis parvum meum filium, cui profecto satis erit praesidii non solum ad salutem, verum etiam ad dignitatem, si eius, qui haec omnia suo solius periculo conservarit, illum filium esse memineritis. (24) Quapropter de summa salute vestra populique Romani, de vestris coniugibus ac liberis, de aris ac focis, de fanis atque templis, de totius urbis tectis ac sedibus, de imperio ac libertate, de salute Italiae, de universa re publica decer-

rífícos a que yo, por hacerme custodio de vuestra salvación y la de la República, he renunciado, por los lazos de clientela y hospitalidad que el Gobierno de una provincia depararía y que con los medios de que dispongo en Roma conservo con no menor afán que trato de adquirirlos, por todos estos sacrificios, por mi inigualado desvelo para con vosotros y por esta mi solicitud, para vosotros bien probada, en defensa de la República, nada pido de vosotros sino que os acordéis de este día y de todo mi consulado. Mientras este recuerdo esté fijo en vuestros corazones, me creeré defendido por el más firme baluarte. Pero si a mi esperanza engañara la fuerza de los malvados y ésta resultase triunfante, os encomiendo a mi hijo, aún pequeño; de preciosa salvaguarda, sin duda, le servirá no sólo para su vida, sino también para su honra, si recordáis que es el hijo de quien, con su solo peligro, os ha conservado todo. (24) Así, pues, tenazmente solícitos y firmes, decidid sobre vuestra propia existencia y la del pueblo romano, sobre vuestras esposas e hijos, sobre vuestra religión, sobre los santuarios y los templos, sobre vuestras moradas y los edificios de Roma, sobre el Imperio,

repudiata sunt a me
propter custodiam
urbis salutisque vestrae,
pro clientelis
hospitiisque
provincialibus, quae
tamen tueor opibus
urbanis labore
non minore, quam
comparo, pro omnibus igitur
his rebus, pro meis studiis
singularibus in vos, proque hac
diligentia, quam perspicitis,
ad conservandam rem publicam,
nihil postulo a vobis, nisi
memoriam huius temporis
totiusque consulatus mei.
Quae dum erit fixa
in mentibus vestris,
arbitrabor me saeptum esse
muro tutissimo.
Quodsi vis improborum
fefellerit atque superaverit
meam spem, vobis commendo
meum parvum filium,
cui profecto
satis praesidii erit, non solum
ad salutem, verum etiam
ad dignitatem, si memineritis
illum esse filium eius, qui
conservarit omnia haec
periculo suo solius.
Quapropter decernite diligenter,
ut instituistis, ac fortiter,
de summa salute
vestra populique
Romani, de coniugibus ac liberis
vestris, de aris ac focis,
de fanis atque templis,
de tectis ac sedibus
totius urbis,
de imperio ac libertate,
de salute Italiae,

han sido rechazadas por mí
a causa de la vigilancia
de la ciudad y de vuestra salud,
por los lazos de clientela
y de hospitalidad
provinciales, que,
sin embargo, defiendo con recursos
urbanos con un afán
no menor que
los adquiero, por todas, pues,
estas cosas, por mis afanes
singulares hacia vosotros y por esta
diligencia que veis
para salvar la República,
nada pido de vosotros, sino
el recuerdo de este tiempo
y de todo el consulado mío.
El cual mientras esté fijo
en los pensamientos vuestros,
consideraré que yo he sido protegido
por un muro muy seguro.
Y si la fuerza de los malvados
engañara y venciera a
mi esperanza, os encomiendo
mi pequeño hijo,
para quien ciertamente
bastante de ayuda será no sólo
para la salvación, sino también
para *su* honra, si os acordáis de
que él es hijo de aquel que
ha conservado todas estas cosas
con peligro suyo (de él) solo.
Por tanto, decidid juiciosamente,
como os propusisteis, y resueltamente,
sobre la suprema salud
vuestra y del pueblo
romano, sobre las esposas e hijos
vuestros, sobre los altares y hogares,
sobre los santuarios y templos,
sobre los techos y moradas
de toda la ciudad,
sobre el imperio y la libertad,
sobre la salvación de Italia,

nite diligenter, ut instituistis, ac fortiter. Habetis eum consulem, qui et parere vestris decretis non dubitet et ea, quae statueritis, quoad vivet, defendere et per se ipsum praestare possit.

la libertad, la salvación de Italia, sobre la patria entera. Tenéis un cónsul que sin vacilar cumplirá vuestras órdenes y que puede, mientras le quede vida, defender y responder personalmente de la ejecución de vuestras resoluciones.

de re publica universa.
Habetis eum consulem, qui et non dubitet parere decretis vestris, et possit defendere et praestare per se ipsum, ea quae statueritis, quoad vivet.

sobre la patria entera.
Tenéis tal cónsul, que, por una parte, no vacila en obedecer a los decretos vuestros y, por otra, puede defender y ejecutar por sí mismo las cosas que decidáis, mientras viva.